



Cl
137

Sammelband

+



ORATIO
DE QUATVOR
SVMMIS MONARCHIIS
MVNDANIS

Recitans

5
ff 4452²
Earum initia, incrementa, status, de-
clinationes, translationes harumq; vicissi-
tudinum causas, atq; postrema huius,
in qua vivimus, instantem
finem:

Habita

In Illustri schola Iulia, quæ est Helm-
stadij, Anno Christi M. D. LXXIIII.
III. Nouembris:

à

D. DANIELE HOFMANNO
Halensi, professore publico.

HELMSTADII

EXCVDEBAT JACOBVS LVCIVS.

ANNOM. D. LXXX.

GRATIO
DE OVATOR
SYMONE MONACHIS
MUNDANIS

Rechtlich
Examen in iuris, incrementa, status, de
climacibus, transmissio, hanc, vici
in hanc, vici, vici, vici, vici
in hanc, vici, vici, vici, vici

In hanc, vici, vici, vici, vici
in hanc, vici, vici, vici, vici
in hanc, vici, vici, vici, vici

D. DANIEL E. HOFMANN
in hanc, vici, vici, vici, vici

HELMSTADT
in hanc, vici, vici, vici, vici



DIGNITATE VE
TVSTI GENERIS, ET
PRAECLARIS ANIMI DOTI-
BVS NOBILISSIMO, D. MAT-
THIAE A VELTHEIM,
Domino suo colendo,

S. P. D.

ANTE quinquen-
nium, ab Illustrissimo
Fundatore scholæ Iu-
liæ ad publicum pro-
fessionis munus in eam vocatus, Do-
mine nobilissime, de sententia collegarū
meorum adiunxi demandatæ lectioni
Ethicæ, historicum studium, vt ita ado-
lescentes de moribus, tum regulis tum
exemplis feliciter informarentur. Quod
enim in libellis Ethicis, ceu præceptis
quibusdam docetur, aut prohibetur, id
in historijs veluti præsentibus factis,
A 2 siue

siue imitandum siue fugiendum oculis
subijcitur, qualia doctrinarum exem-
pla eleganti Platonis metaphora ὁμήρου
τῶν λόγων, seu rationum propositarum
vades, haud inconuenienter appellabi-
mus. Sumpsi autem tum in manus lau-
datissimum libellum Schleidani, de
quatuor summis Imperijs, in quo succin-
ctè, eruditè & grauiter scripto, præci-
puæ res, ab initio constitutarum Polis-
tiarum, & collectarum Ecclesiarum in
mundo gestæ, ferè omnes ὡς ἐν συνόψει
conspiciendæ exhibentur. Quia autem
pij auspicij loco pro more scholarum,
præmittenda erat oratio, hacq; in audis-
toribus desiderium & alacritatem dis-
ctos libellos diligenter cognoscendi con-
citare cupiebam, amplissimam mate-
riam maximarum rerum in orationem
breuiorem contraxi, recitantem nimi-
rum ini-

rum initia, incrementa, status, declina-
tiones & fines singularum Monarchia-
rum, quæ inter mundanas summæ ex-
titerunt, & quidem constitutionum,
translationum, incrementorum & de-
crementorum articulos causasq; notori-
as cõsignavi, id quod in huiusmodi scri-
ptis potissimum spectandũ est, et vnicè
commendatur: vt in his paucis pagellis
selectissima mundi historia, ab exordio
Babylonici Imperij, vsq; ad nostra tem-
pora, indèque, quod in sacris vaticinijs
vsq; ad extremum mundi diem præfi-
nitum fuit, contineatur. Placuit autem
hanc orationem, splendido tuæ præstan-
tiæ nomini consecrare, quòd nobilissimi
generis amplissimo viro & pietate lau-
datissimo, D. Conrado à Schwichelt,
Seniori tuæ præstantiæ Socero, piæ me-
morie, meus venerandus, idemq; piæ re-

A 3

corda

cordationis Socer, Doctor Simon Mus
sæus, Theologus probatissimus & cele-
berrimus, non tantum familiariter nos-
tus fuerit, sed etiam in exilio suo eius
liberali hospitio, humanissimè inuitatus
& detentus, aliquandiu vsus sit. Hoc
igitur, vt socer meus in vita hac mul-
tis prædicabat, pluribus autem iam ce-
lebrat in sinu Abrahamæ, in quem ambo
isti senes, quod vera fide in Christum
obdormierint, absq; vlllo dubio à sanctis
angelis collecti sunt: Ita meum est, per-
petuum eiusdem memoriam conseruare,
& quidem erga defuncti benefactoris
generum, par est, me alterius demortui
generum gratitudinem testari, cuius
significationem aliquam hac dedicatio-
ne ostendere volui, donec Deus occasio-
nem, verius animum meum gratum
probandi, largitus fuerit. Oro autem
domi.

domine præstantissime vt hoc quid
quid est, T. P. æqui boniq; consulat, &
me amare dignetur. Optime in Christo
vale. Datæ in Academia Iulia 5, De-
cemb. Anno 1579.

T. D.

•
studiosiss:

Daniel Hofman
Theologiae Doct̃or
& Professor ibidem.

A 4 ORA.

ORATIO
DE QUATVOR
SVMMS MONARCHIIS
MVNDANIS.

Hic vero, auditores optimi,
de presentibus cogitationi-
bus quorundam vestrum dif-
ficilem admodum coniectu-
ram, & obscuram diuinationem esse, non
existimo, cum procul dubio in animis vol-
uatis, quanam causa sit, quod in Schola hac
publica, sicut & in alijs, ad novas lectio-
nes non sine proemio accedatur, & hoc in
augustissimo quidem Dominorum Inspecto-
rum & praeceptorum vestrorum, virorum
praestantium, confessu fiat. Cum enim na-
tura nihil frustra suscipiat, sed in omnibus
de fine sollicita teneatur: cur ego mentes
vestras, liberalibus studijs cultiores, lauda-
bilem naturae ductum sequi pro certo non
habeam?

Ac de causis quidem, quanam sine
huius consuetudinis, plerosq; vestrum qua-
rere, exploratum esse iudico: rationes au-
tem

tem ab omnibus inueniri easdem, non item
affirmo. Etsi autem precipuas in conie-
ctura positas esse existimo: huius tamen for-
tè non est temporis, ut in singulas inquiram
accuratiùs. Quid verò mihi iisdem cogita-
tionibus occupato in mentem aliquando
venerit, ut paucis ostendam, concedetis.

Post omnem suscipiendorum εἰς βολὴν
mentes humanas statim de duobus potissi-
mum sollicitas reddi, graues & boni expec-
riuntur vniuersi. Et de ipso nimirum pro-
posito, quale sit, et de euentu, quomodo hunc
optatum prosperrimumq; sortiuntur. Illud si
publicum fuerit, omnibus rectè iudican-
tibus, aut si priuatum, minùsue omnibus
commune, ijs, quorum interest, probari con-
uenit. Successum verò negotiorum, ab Ar-
bitro rerum humanarum summo & pen-
dere, & petendum esse, ne gentibus quidem
ignotum fuit.

Etsi verò mens hominum, post lapsum
primorum parentum inuersa, peruersas in-
stituit deliberationes de ijs quoq;, qua na-
tura ipsa perpendenda offert, sicut nemo
vestrum diffitebitur, sibi plerumq; priorem

A S

esse

esse questionem quid agere velit, quam
cuius id auspicio & consilio ordiri & per-
ficere: tamen postquam ad actiones ipsas
progreduendum est, etiam Ethnici saniores
inde usque ab Heroicis temporibus statue-
runt, omnis & dicti & facti grauioris au-
spicia à Deo, cuius hoc templum omne quod
conspicitur, ducenda esse: Postea vero ijs,
quorum causa aliquid aggredi debemus
aut volumus, futuri operis rationem red-
dendam esse. Minime itaq; dubitanter as-
sero, quod hinc inuecta sit & scholastica
consuetudo, ut priusquam Professor aliquis
ordiat sibi demandatam lectionem, con-
uocatis collegis & auditoribus orationem
premittat, in qua hæc duo præstet imprimis:
ut coniunctis in pio catu votis, felicitatem
à Deo precetur: & vel necessitate & utili-
tate futura lectionis mentes auditorum ad
studium et attentionem excitet, vel discen-
dorum summam proponendo, quid, quo or-
dine expectandum sit, doceat.

Ne vero incusari possimus, nos tantum
consuetudini gentibus citra Ecclesiam eti-
am receptæ nunc parere, nõ putemus opini-
non solum

one solum inoleuisse, ut à Deo immortalia-
gendi capiantur primordia, quemadmodis
Demosthenes in epistolis τῆ δολκῆσαι hoc
censet, cum inquit: παντος ἢ λόγος ἢ ἔργος
αὐτοδραμῆς δολκῆ μοι δὲν ἀρχεῖται ἀπὸ τῶν
θεῶν: Quomodo is sibi idolum finxit, quod
Deus nequaquam fuit, nec causas debitæ
voti intellexit, nec an eius compos futurus
esset certo statuere potuit, sed in perpetua
mansit & horrenda dubitatione: Huius, in-
quam, idolatrici, & non nisi noxiæ moris,
ne vel conscientia nostra, vel quisquam ho-
minum nos insimulare possit, in memoriam
nobis reuocemus, quod in S. literis dictante
spiritu S. cōscriptis doceamur, quis sit verus
Deus, & quod ab eo tanquā à perenni fon-
te bona cuncta perpetuo cursu fluant, quàm
serio sui adorationem à nobis flagitet, quo-
modo & cuius intercessione ipsi supplican-
dum sit, & quanta promissionum eiusdem
de exauditione certitudo constet. Sed ne de
pietate huius auditorij dubitare videar, ad-
monitionem hanc abrumpo, persecuturus
que alias instituti mei ratio flagitat.

Equidem ab Illustrissimi generis illustri-
ssimo

simo principe ac Domino, D. IVLIO, Duce
Brunsvicensi & Luneburgensi etc. Domi-
no meo clementissimo, ascitus in numerum
Professorum Schola huius inclyta, & lectio-
nes mihi commendatas auspicatorus, agno-
sco omnino decere me, ut pium & laudabi-
lem obseruans Scholarum morem, & voti
erga Deum, & propositi studij erga audito-
res, rationem habeam.

Tibi igitur aeternae, viue ac vere Deus,
cum filio coaeterno Domino nostro IESU
CHRISTO, & Spir. Sancto gratias agimus,
quas mente concipere possumus maximas,
tum pro alijs innumeris beneficijs, quibus
nos omnes & publicè & priuatim abundè
afficis, tum pro hoc maximè, quòd his terris
concessisti & conseruas puritatem caelestis
doctrinae, & in miserando celebrium Aca-
demiarum naufragio colligis disiectas ta-
bularum, ex ijsq; hanc nauiculam IVLIAM
aedificas, qua preciosissima merces his im-
portentur terris, extruendo et ornando tem-
plo tuo in Sione necessaria. Rogamus etiam
propter filium tuum, quem pro nobis fieri
victimam, mediatorem et deprecatores esse
voluisti

voluisti, ut, quod cœpisti bonum opus, perfici-
as, Clementissimi nostri Principis, Ecclesie
tuae Scholæq; huius nutritiij munificentissi-
mi, D. IVLIA Ducis Brunsvicensis & Lu-
neburgensis etc. animum pium & saluta-
rem cōfirmes, ne frangatur difficultate am-
pliandi & ornandi Gymnasij huius, neq;
vllis technis, quibus mille artifex fraudum
inchoatum opus intercipere haud dubie
molietur, succumbat, sed tibi gloriæ Domi-
no introeunti portas semper patere sinat: Be-
nedicas quæsumus Celsitudini huius, Illu-
strissimis item fœminis, matri & coniugi e-
iusdem dilectissimis, pignoribusq; dulcissi-
mis, Dn. Consiliarijs, Præfæctis, Doctõribus
& Professoribus, subditis deniq; uniuersis,
itaq; oppido huic sub tutela IVLIA hospiti-
um nobis præberi: ut hi omnes spiritualibus
& corporalibus bonis ditentur, fruantur,
gaudeant: rege mentem, cor et linguam me-
am, ut tibi grata, Scholæ huic & Ecclesie
mihiq; salutaria cogitem, statuam, dicam,
faciam, nomenq; tuum ô Sancte Deus, hic
& in æternum inter nos celebretur, Amen.
Fusis hisce ad Deum precibus transe-
undum

undum est ad alterum, cuius cura diximus
pium grauemq; animum in rerum exordijs
tangi, ut sicut Deo suaq; conscientia, tra-
ctandorū rationem reddit, ita eis, quibus o-
pera prodesse debet, vel totum negotium, cui
versando incumbit οκιοχαϕια quadam
contemplandum proponat, vel de necessitas
te & utilitate proponendorum eosdem eris-
diat.

Etsi vero utrumq; tantum esse videtur,
illorum, qui rerum maximarum multiplici
scientia, et solida eruditione instructi sunt,
insuper etiam flexanima, atq; omnium re-
gina rerum Eloquentia pollet, qua teneant
hominum mentes, voluntates quo velint
recte impellant, unde autem debeant non
inuitas deducant, à quibus me longe abesse
ingenue agnosco & fateor: tamen quia Deo
imponente publicum hoc docendi munus
mihi commissum est, factusq; ad autorem
hunc pijs votis, virtutem in imbecillitate
mea ab ipso perfici posse, praeclaris promissio-
nibus erigor, non volui nec debui detrecta-
re id quod arduum & difficile haud igno-
raui. Animum etiam post εὐχὴν aliquo mo-
do ad-

do addidit sapientis verustatis experientia,
versu hoc prouerbiali indicata: καί κε γυνή
Φέρεται ἄχρηστος, ἐπέκεινται ἀνὴρ ἐπιδείν. Monet
nimirum usu edocta antiquitas, non defu-
turas vires ad perficiendum, si modo id, in
quo nobis laborandum est, animo sit forti &
toleranti susceptum, ad quod Poetam respe-
xisse existimo, cum scripsit: In rebus ma-
gnis vel voluisse sat est.

Accessurus igitur de clarissimorum vi-
rorum, collegarum meorum reuerenter &
amicè mihi colendorum consilio ad enarra-
tionem utilissimi libelli, in quo Schleida-
nus historias quatuor summorum Imperio-
rum, erudita et eleganti grauitate perrexi-
it, non quidem præmittam commonefactio-
nem, de cognitionis historiarum summa ne-
cessitate, & non temnendo eius fructu, quod
alij reseruo tempori, sed quæ in nostra lectio-
ne præcipuè euoluenda erunt, vno colle-
cta fasciculo aspicienda præbebo. Non es-
nim tantum iucunda percipitur delectatio,
si mente peruolitamus orbem terrarum, ma-
ximas res in eo gestas nobiscum repetimus,
& pene præsentibus earum intuitu fruimur:
sed

sed ideo quoque status orationis mea huic amplissimo auditorio probabitur, quod hoc modo discipulorum animi, ad futuram lectionem optime preparantur, et attentissimi reddantur. Quid enim magis acuit ingenium, fortiusque iuuat memoriam discantis, quam si initio discendorum oculo in oculis mentis complectatur? Quid vero mouende attentioni magis commodum, quam si inuoluntate primum propositorum future explanationis spem fecerimus auditoribus? Ad huius modi certe propius aspicienda mens quo est generosior, eo contendit alacrior.

De quatuor ergo summis Imperiis breui oratione indicabo, qua in gente, ubi & quo modo ea orta sint, qua fuerint singulorum incrementa, qua ἀρχαί, qua πρῶται, quaeque variarum mutationum ac vicissitudinum causa, & quis finis ultimi huius, sub quo nos viuimus, expectandus sit. De quibus grauissimis rebus, ut me balbutientem aequissime audiant, praestantissimos viros, collegas & amicos meos venerandos, etiam atque etiam vehementer oro, studiosos item amanter hortor, ut attentum mihi dent operam.

Non

Non est dubium, homines ad societa-
tem, & vitæ quasi communitatem nasci, id
quod vel unicum orationis donum euincit,
cuius precipuus homini ad hominem vsus
est. Etsi verò Deus in conuersatione tali
requirit sanctitatem, iusticiam, et omnium
virtutum, quas sic dicimus, integritatem:
tamen quia post lapsum non omnino abie-
cit genus humanum, sed promisso Messia,
multis etiam huius vitæ commodis affecit,
& huc vsq; benedixit propagationi; certum
est, quod etiam in corrupto mundo homines
consociari voluerit, quorum congregationes
ipsi probantur in primis, si eum sibi scopum
habuerint, quo tanquã medio ad ultimum
conditi generis humani finem rectè con-
tenditur.

Et finem quidem consociationis princi-
palem, quo mediante ad ultimam metam
curritur, prestantissimus vir & poëta opti-
mus D. Ioannes Stigelius, preceptor meus
grata memoria dignissimus, disticho valde
venusto complexus est, cum cecinit:

Vtq; alios alij de relligione docerent,
Contiguas pietas iussit habere domos.

B

Eccles

Ecclesiam sane, quã Deus sibi in mundo colligit verbi sui ministerio, aliàs recte distinguimus à civili hominum collectione: ex hac autem illam nequaquam excludimus.

Concurrunt & alij cogendorum cœtusum fines, videlicet ut varia iniuria indomitum à singulorum corporibus, agnis neq; uniuerso propulsentur, legibus, iudicijs, disciplina, gladio, mutuaq; officia, quibus hac vita indiget plurimis, communicari queant.

Atq; talem collectionem generis nomine Politiam vsitate vocamus significantes cœtum hominum, legibus, iudicijs, disciplina, coniugijs, comercijs, & alijs honestis vinculis consociatum, concordem inter se & coniunctum, ut alter alteri, omnis generis officia humanitatis communicet, & aduersus vim iniustam se inuicem tueantur, quem Deus vult ad hunc scopum vel maximè respicere, ut ipse recte colatur, in quo cœtu aliqui obseruant, aliqui obtemperant. Gradus autem politiarum distinctos offerunt historia, à moderatoribus suis appellatos

pellatos. Aut enim Monarchiam legimus,
vno rerum potente: aut Aristocratiam cum
potestas precipua penes plures est optima-
tes: aut Democratiam, ubi summa rerum
est penes populum. Harum trium singula si
ad finem in generis descriptione positum
dirigantur, laudem suam merentur, in col-
latione vero precipuam obtinet Monar-
chia.

Quamquam enim non nesciam, quan-
ta auctoritate de hac questione disputarunt
in comitijs Persicis septem principes Electo-
res, deliberantes de constituenda forma gu-
bernationis post mortem Cambysis, Otane,
Democratiam; Megabyzo, Aristocratiam;
Dario vero Monarchiam commendantibus.
Id tamen quod contra Monarchiam ab Ota-
ne dicitur, & à Megabyzo comprobatur, nõ
tam collatione formarum, quod fieri maxi-
mè oportebat, quã exaggeratione vitiorum
Monarchiae in Tyrannidem degenerantis
conficitur. Verum autem iudicium ex na-
tura rei non ex accidente eiusdem vicio pe-
tendum est, ubi de re ipsa per se considera-
ta disputatio instituitur. Quod si tamen li-

bet alicui cū Otane ingredi in declamatio-
nem de malis tyrannorum Monarchicorum,
modo is ubiq; comparationem dominatus
vnius ad procurationem gubernationis po-
pularum in vno terito instituat, non potest
non largiri, Monarchiam sic etiam Demo-
cratia meliorem esse. Non enim vlla sauior
est crudelitas, aut atrocior immanitas, quā
populo seditione furente, quemadmodum
Athenienses ostendunt, in oratione ad Me-
lios apud Thucydidem. Et ne remotiora ex-
empla adducamus, truculentia Rusticanae
ὑπεροχῆς ante annos 50, satis edocuit quod
non sit belua tristior vlla, quam serui rabies
in libera colla furentis: ut Claudianus scri-
psit.

Quid quod Megabyzi Aristocratia non
minus saeva est, si degenerationis rationem
examines, id quod faciendum est, si de
Monarchia loquens idem accuset oratio.
Sicut enim haec degenerans euadit in Ty-
rannidem, et ἀνομοκρατία vel seditione ple-
rūq; constituitur, vel laudabiliter primum
ordinata, postea vero corrupta desinit in mi-
serrimam ἀνομοκρατίαν, cū s. ex plebe occu-
pant

pant. Imperium turbulentiore, qui secundum affectus suos omnia administrant: ita ἀριστοκρατία saepe vergit ad ὀλιγαρχίαν, quae, paucis rapientibus imperium ad sese, quid quaeso differt à Tyrannide? Statio certe crudelior est, quanto plures uno saevitiam exercent, tolerabilior vero, cum ad unius dominatum socijs sublatis redijt, ut ita vel in vicio Monarchia sit melior reliquis.

Denique si concilij Persici autoritate de hac controuersia pronunciare aequum est, vincat Darij sententia, in quam caeteri Electores non inuiti iuerunt.

Etsi etiam Catoni, Ciceroni & Bruto laudem sapientiae, qua in multis merentur, non detraho, eosque unius principatum acerrime improbasse memini me legere: tamen etiam negari non potest, tantos viros nunquam affectibus, ad peruersius iudicandum raptos esse. Plutarchus profecto, non vanè ex abusu mancipiorum de Catone colligit, quod nisi utilitatis causa nihil homini cum homine putarit esse commune. Hic igitur quid de optima gubernatione communis recte sentiret?

Nota etiam est insignis eiusdem ias
Elantia, ubiq; sibi ipsi primas vendicandi,
unde facile apparet, Catonem eam dete-
statum esse sui temporis Monarchiam, quæ
ad se translata non fuerit, Sicut & Otanes
Persa apud Herodotum similem prodit ani-
mum, annuens reliquis Electoribus, Mo-
narchiam suadentibus, modo ipse subesse
non debeat. Ciceronem etiam & Brutum
magis hostili odio Iulij, ad quem summam
rerum deuolui cernebant, inclementius in
huiusmodi formam Imperij dixisse, quã iu-
sto iudicio ita statuisset, ut suspicemur, mul-
ta moueri circumstantia.

Refutat præterea hos censors experi-
entia in propria Rep. celebrata. Quoties
enim rebus desperatis ad Dictaturam Mo-
narchiæ ἀνάλογον confugerunt Romani, &
huius beneficio, salutem toti Reipublicæ re-
stituerunt?

Ne vero hac in questione cum radio
longus sim, omisso Homeri & Aristotelis
de Monarchiæ præeminenti dignitate præ-
claro consensu, intueantur auditores pul-
cherrimam imaginem, arboris amplissimæ
&

Et speciosissima praeberentis umbram seu defensionem, omnisque generis beneficia longe lateque communicantis sub se habitantibus, et habentis custodem sui angelum, Daniel. 4. Profecto nisi quis mortale suum lumen clarissimo soli preferre ausus fuerit, omnium suffragijs optimus Imperij status iudicabitur, cuius moderatio vni, egregia et probata probitatis sapienti Heroi, commissa fuerit.

Est autem Monarchia, et quidem summa, de qua hoc loco dicendum nobis erit, talis forma gubernationis, in qua Deo autore vnus rerum potitur in maiori parte orbis terrarum, qui imperat secundum honestas leges, et Remp. moderatur ex salute publica, non ex suis commodis aut affectibus, quam Deus tum propter alias causas, tum propter hanc praecipue constituit, ut sui aliquis cultus esse possit.

Regem quidem in caelis magistratum omnium autorem esse, vel Ethnici iudicant. Eiusdem enim sceleris reos peragunt Plato et Cicero hos ambos: et qui Deo bellum indicunt, et qui aduersus Magistratus

insurgunt, atq; hoc ipsum Euripidem in
Cyclope proponere voluisse non ambigo,
ubi ἀναρχία cætus Cyclopici describit, e-
amq; cum extremo contemptu Dei coniun-
git. Vt vero Cyclopes Euripideos omnes bo-
ni detestantur: ita merito in Ecclesia exe-
crabiles censentur, qui Magistratui Deum
autorem negant, quales fuerunt, Marcioni-
ta, Carpocratita, Manichæi, & nostro seculo
Anabaptista, omnesq; omnium temporum
seditiosi, qui simul atq; magistratus inua-
dunt, Deum Gyganteo ausu de celo detur-
bare scelerate tentant, teste Paulo: Qui po-
testati resistit, Deo resistit: addita ratione,
quia non sit potestas nisi à Deo. Deus igitur
est, qui regna constituit & transfert, ut in-
quit Daniel, Monarchiarum descriptor lon-
ge optimus testisq; omni exceptione maior,
secundum cuius vaticinia quatuor & non
plures Monarchias numerare possumus,
quarum formas consideraturi, colligemus
quæ in sacris vel ἀξιοῖς, etiam prophanis
historijs continentur, & cum propheticiis
picturis conferemus.

Et prima quidem Monarchiæ sedes ap-
pellantur

pellantur due metropoles, una Chaldaeorum
Babylon ad Euphraten, altera Assyriorum
Niniue ad Tigrin sita. In priore, cum pri-
mus regni cuiusdam fundamenta iecerit
pronepos Noe Nimrodus, à plerisque in ipso
statuitur initium primæ Monarchiæ. Sed
quo minus in hoc acquiescam, mouet me
grauissima imprecatio Noe, qua posteritati
Chami in Chanaane primogenino suo ma-
ledicens, subiicit illam Semi & Iapeti gen-
tibus: cumque constet, Chami familiam ma-
gna etiã regna constituisse, religio vero sit,
illud iocum & lusum opiniari, quod de pri-
mo secundo orbis parente, quem Deus ipse
iustum coram se vidit, ex dictatis S.S. ac-
cepimus, eum scilicet peccato filij grauius
offensum esse, Deique vindictam super totam
posteritatem inuocasse: de alijs igitur quã-
de summis Monarchijs Noachi verba acce-
pi non possunt. Equidem diris illis sancto-
rum patrum, quemadmodum & benedi-
ctionibus eorundem, à Dei spiritu memo-
riæ nostræ commendatis, locum fuisse apud
Deum minimè dubito. Et si quis decimum
caput Geneseos, ubi de regno Nimrodi le-
gitur,

gitur, diligēter inspiciat, nihil reperit, quod
summi imperij, de quo hic agimus, notam
afferat. Quæ enim de diuersarum regio-
num occupatione in hoc capite leguntur,
certum est commemorari καὶ ἀρχοντιμόν,
ut illa quæ in undecimo de extructa turre
ἔπερ τῶν περιομῶν τῶν ὄντων habentur, ante-
cessisse accipienda sint. Confusis igitur lin-
guis, dispersos esse filios Noæ, varijsq; locis oc-
cupatis distinctas gentes constituisse, in-
quit Scriptura, ἔταπει progeniei Insulas
gentium diuersarum attribuit, Semi vero
soboli alia loca designat, ἔin primis Assurū
magnum Imperium in Ninive Assyria præ-
dicat, Nimroddum deniq; in Babylone im-
peritasse indicat, regniq; eius certos limites
describit, qui nec Semi, nec Iapeti gentes
tum complexi sunt. Particulare igitur re-
gnum inter suos tribules obtinuisse Nim-
roddum apparet, non Monarchicum uniu-
ersalius, cui Iapetum vel Semum oport-
uisset esse subiugarum.

Quod vero Nimroddus robustus vena-
tor, ἔpotens præ alijs celebratur, eius cau-
sas circumstantiæ offerunt. Non est dubi-
um, apud

am, apud Chamum mansisse alta mente re-
postum, quod posteritas sua fratrum iugo
submissa esset, odioq; & invidia inflatum,
eum, minus veneratum esse in posterum
parentem, multo minus fratres, quomodo
etiam apud progeniem huius senum autori-
tas contemni cœpit, itaq; citius quã in Semi-
aut Iapeti familijs religionem & discipli-
nam collapsam esse, malitiamq; & contu-
maciam creuisse nemo potest dubitare.

Ad compescendos igitur feros Chami
posteror Deus Nimroddum excitavit, virum
fortem & bellatorem, qui feras illas bestias
armis venatus est, domuit & subiugavit.
Quod cum ab hoc primum tentatum esset,
Semi vero & Iapeti gentes patrum autori-
tate & moderatione adhuc regerentur, &
in officio continerentur, fortitudo & poten-
tia bellica Nimroddi, ut nova & inaudita
antea, in omnium ore esse cœpit, id quod
Moses indicare voluit.

Rectius vero initium prime Monar-
chie collocatur in Nino, quo Babylonijs &
Assyrijs solo regnante, Monarchie quadam
forma concipi potest. Nisi tamen hunc
ipsum

ipsum ex Semi posteritate fuisse probaverimus, auditor, praesertim in prophanis historijs versatus, haud subscribet dictae sententiae, in quo edocendo, ut gratificandum est discendi cupidis: ita diutius non sunt detinendi huius iam tum gnari.

In Biblijs sacris, Assur, filius Semi, & conditor Ninive expressè dicitur: Ninive autem significat domum Nini, & Ninus filium, quemadmodum Esa. 14. Usurpatur, & quidem de sobole Assyriorum Babyloni- am tenentium. His consentit Xenophon de aequivocis, nominans primum Ninum, à quo genitus sit Zameis, Assyrium, & nominis hanc rationem reddit: quia vox (Ninus) Assyrijs idem sit quod Iupiter, quomodo generaliter appellati sunt primogeniti Saturnorum, hoc est, eorum, qui primi conditores urbis alicuius metropolitanae regnū constituisserent: Deniq; addit, quod hic Ninus oppidum patris ampliavit. Hec si vera sunt, sicut falsa esse non possunt, cum sacrae paginae partim expressè consonent, partim ex consequente: profecto, quae ysdem apud prophanos scriptores contradicunt, locum penitus habent nullum. Tan-

Tantum vero Berosi contradictiones,
& quidem strictim percurramus. Hic pro
certo affirmat, quod ablegatus sit Assur, ad
constituendum regnum Assyriacum. Ergo
sine rege, terram illam tum fuisse necesse
est, cum Assurum recepit. Quomodo autem
idem erit etiam Ninus? & quomodo huius
parens Belus filius Nimroddi Niniuen con-
didit (ut superiorum im memor Berosus
etiam contendit) cum ante Ninum terra
illa Regem non agnouerit? Rursus, si Assy-
rius ille, qui & Ninus dictus sit mortuo pa-
tre Belo regnum primum capeffit, quomodo
ablegatus fuit à Nimroddo, qui Nino re-
giam dignitatem adipiscente, ante annos
sexaginta duos ab heroibus discerptus fue-
rat?

Scholiaste etiam Xenophontis & Be-
rosi, qui in defensandis his pugnantibus la-
boriose sudat, obijcimus, quare in Genea-
logijs Assyrium Semi filium non neget, si i-
dem sit Ninus Nimroddi ex Belo nepos?

Sed ex his satis constat, si Ninus Semi ex
filio Assuro Nepos statuatur, hac quasi cor-
rectione tolli multas ἀντιλογίας in genti-
lium

tilium historicis, & confirmari ea, quæ cum
sacris consentanea habeant, & quod maxi-
mo in lucro pono, vaticinium Noæ non e-
uerti, sed stabiliri, correspondente scil. e-
uentu.

Cum igitur hic Ninus omnium, qui
eius meminerunt testimonio longè lateq;
primus imperitarit in Asia, tam Chami quàm
Semi posteris, dubitandum ne censetis, an
in ipso summae monarchiæ exordium statu-
endum sit?

Quia vero hic ipse, multorum consen-
su scribitur sceptrum adeptus esse, annis post
diluium ducentis quinquaginta, qui esset
annus mundi 1906. porro colligitur ex eo,
quod Diodorus refert, Ninum 17. annis o-
mnem Asiam, præter Indos & Bactrianos in
suam potestatem redeigisse, et tum ad conden-
dam, seu potius ampliandam urbem Niniven
animum adiecisse: hinc inquam satis liquet
Monarchiæ huius statum quendam confir-
matum esse anno mundi 1923. quando ad-
huc vixit Noa, primus de Monarchiis vates,
qui post annos ab hinc centum mundo huic
penè toti iterum habitato valedixit, lauda-
biliter

biliter tam iura dante Germanis Ingeuone,
Ascanis seu Tuisconis filio, Iapeti pronepote,
Noeque abnepote.

Sub Zamei filio Nini, qui creditur in
scriptura sacra appellari Amraphel, Abra-
ham ex Haran commigravit in terram
Chanaan. Anno Mundi 2023.

Baleo septimo à Nino scepra tenente,
Jacob fame coactus cum tota familia, ad
Iosephum filium in Aegyptum transit, unde
eius posterii rursus educuntur potenti manu
Dei, Monarchia potiente Ascatade, decimo
quanto à Nino, anno mundi 2454.

Denique Eupale 28. à Nino dominante,
anno ab exitu ex Aegypto quadringentesi-
mo octuagesimo templum domini à Salomo-
ne edificari coeptum est Hierosolymis, com-
pletumque post annos septem, sub Laosthene
29. Quae memorabilia, rationem propositi
habentes, vix attingere possumus.

Tenuerunt autem & valde auxerunt
Monarchiam hanc Assyrii continuo succes-
su, ultra annos mille ducentos, usque ad Sar-
danapulnum 34. post Ninum, quo titulum
Imperatoris Babylonici & Assyriaci geren-
te, in-

te, insignis mutatio facta est. Hic enim scribitur molliter curasse cuticulam, deditus fuisse libidinibus, nulliqué subditorum se adeundi potestatem fecisse, quæ sane inter præcipuas causas mutatorum regnorum nominantur omnibus seculis.

Notabile & hoc est, quod cum varij generis nefandis flagicijs pollutus esset, nullumq; in ipso studium iustitiæ, nullum omnino honestatis aut virtutis deprehenderetur, vendicavit tamen hos sibi titulos splendidissimos. Ducis enim nomen sibi tribui voluit, cum ne quidem in pariete pictum, quod dici solet, exercitum vidisset. Iudicis appellatione superbire ausus fuit, qui inter Eunuchos & meretrices perpetuo latitans, ne conspici quidem à suis unquam potuit. Felicis bellatoris nomen sibi sumpsit, qui tamen ne irato pygmeo quidem unquam occurrerat. Ita nostra ætate pereunte virtutis cultu, omniaq; complente dissoluta consuetudine, & licentia impudente, nimium cumulari fictitios honorum titulos in singulis hominum ordinibus videmus, quod ad Sardanapali exemplum conferentes, cogitemus,

gitemus, deducta esse hac tempora ad gra-
dum interitui proximum.

Sic ergo vitijs regnante Sardanapalo,
ad Belochum Babyloniae praefectum summa
rerum peruenit, quem ipsum tamen ex Se-
mi posteritate fuisse non est dubium. Siqui-
dem opinabile non sit, Assyrios debellatis
Babylonijs, credidisse administrationem re-
gni deuictorum soboli. Idem etiam filij hu-
ius, aliorumq; successorum nomina, qui us-
se Assyrios appellarunt, non obscure testan-
tur.

Sub hoc Belocho caeperunt calamitates
Israelitarum, quas multos annos ipsis intu-
lerunt Assyrij, populo primum vectigali fa-
cto, deinde terra vastata & maxima ex
parte ad seruitutem redacta, tandemq; toto
hoc regno exciso, quo exemplo ostenditur,
longanimitatem Dei frustratam, grauitate
paena compensari, ordinemq; ab ipso talem
seruari, ut primum tributo imponendo mos
neat, impaenitentibus postea vastitatem im-
mittat, postremo πανολεθριαν inferat, qualia
nobis hodie & in Pannonia & alibi propo-
nuntur, ut ad seriam emendationem nos
inuitent.

C

Hunc

Hunc Belochum ex omnibus supremis Monarchis primum verae pietati sese dedidisse quidam censent, quod minus temere suspicarentur, si Belochum Iona concionante in urbe Nini habitasse doceri posset, nec praefectus huius regio titulo in Propheta historia ornatus esset.

Tenuerunt imperij clauum post Belochum filius eius, Phul Assyriae, qui Galileam & uniuersam regionem Naphthalin cepit, Domino tum per Iesaiam repetente promissionem de semine benedicturo omnibus, ne pij omnem spem, diuinitus sibi iuratae liberationis, abijcerent. Nepos deinde Salmanasser, reliquias Israelitarum in perpetuum exilium abducens, & post hunc pronepos Belochi Sennacherib blasphemus & parricida, tandemq; abnepos eius Assaraddon, à quo deficiente Merodacho praefecto Babyloniae, regnumq; illud ab Assyriaco auellente, aliquandiu bipartitum fuit Imperium, donec tandem Merodacho soli cessit, quae altera est insignior in hac Monarchia mutatio, sed tamen adhuc ante àρχήν, cuius necessitudinis causas considerare, haud dubio erit operae precium. Sena-

Senacherib pronepos, Belochi Ecclesiam
Iudaicam atroci persecutione, et custodem
huius cœtus in excelsis adeo petulanter per
Rabsacen blasphemys impetierat, ut implo-
rante opem & vindictam diuinam pio E-
zechia, in exercitu hostis vna nocte centū,
octoginta quinq; millia hominum ab ange-
lo Domini interficerentur. Rex ipse vix
elapsus, cum nihil de impietate & ferocia
remitteret, sed Niniuen rediens, spe extin-
guendi Diabolicum acceptæ cladis dolorem,
& obruendi sceleratum turpis fuga pudor-
em, atrocissime seuiret in Israelitas, quos
parens, excidio regni Samaritani nobilis,
captiuos in Assyriam abduxisset, huicq;e
crudelitati, postquam 45. dies durasset, im-
mani spectaculo adheret immolationem
duorum paruulorum filiorum: ibi natu ma-
ioribus Adramelech et Serassar mactatione
fratrum offensis, in ipso fano Diabolica ob-
lationis interfectus est, ut in eum intuentes
discerent pietatem, quemadmodum in tem-
plo Vulcani Aegyptij statua Senacheribi,
per literas prætereuntes hoc monuisse legi-
tur apud Herodotum.

Equidem, si quid coniecturis dandum

C 2

esset,

esset, non nihil causa huius nomini noui imperatoris ominose inuolutum esse dicerem. Merodach enim, amarum contritionem significans, arguit extremam malitiam, & praefractam impoenitudinem, quam modo recitata historia, & in rege & in populo, plerumq; mores imitante regentis, abunde testatur. Hi igitur ad frugem reduci non potuerunt, nisi totius imperij concussione, quae horrendis bellorum calamitatibus ad amarum tandem contritionem praefractos coegit.

Nabuchodonosore magno ad gubernacula euecto, quod factum est anno mundi 3336. post diuisiones linguarum, & dispersiones gentium, 1046. plurimum creuit, pleneq; tandem confirmata & duram tandem consecuta est prima Monarchia, quemadmodum Daniel expresse testatur, cap. 2. et 4. Hic undecimo sui regni anno Hierosolymam cepit & deleuit, una cum templo, in Babylonem abducta tribu Iuda, ubi secundum prophetiam Ieremie septuaginta annos exulauit.

Visum tum est penitus actum fuisse de Ecclesia, quam tamen Deus mirabiliter etiam

tiam in diuturno exilio conseruauit, rexit
& celebrioribus beneficijs auxit, quam vn-
quam, florente politia Iudaica, factum est,
quemadmodum & hodie pij experiuntur,
Danielem preclare super veritatis confes-
sione pertinacem (hic enim imago est mi-
litantis Ecclesiae) in spelunca ferarum mi-
raculose seruari incolumem, interim vero
prodi impios & nefariorum consiliorum
conscios animos eorum, qui Danieli ma-
lum cogitantes aliquo vsq; profecerant.

Verè hoc ἀξιωματικὸν εὐεργεσίαν, & trabali
clauo figendum beneficium Dei est, quod
ignis constantibus veritatis caelestis asser-
toribus paratus, non tantum parcat ijs, sed
& astantibus nobis instar funalium est, il-
lustrantium oculos fidei, vt filium Dei in-
ter suos, eosq; illesos ambulantem contuea-
mur, aduersarios vero, qui ignem pijs suc-
cenderant, & fodiendo quassabant, ab eo-
dem, iusto Dei iudicio, consumi videamus.
Pro quo publico bono, publicas iustissimo
vindicti gratias agimus, ardentibus in super
obtestantes votis, vt conuertendorum mi-
sereatur, & inter nos seruatum semen

sanctum clementer multiplicare, & potenter mirificare pergat. Sed reuertamur ad Monarcham.

Nabuchdonosori huic visio per quietem oblata fuit, pingens status ac vices summorum Imperiorum & Ecclesie, usque ad finem mundi. Vidit enim statuam insignis magnitudinis, & figura terribilis, cuius caput erat ex auro optimo, pectus & brachia argentea, venter & femora aenea, tibia ferrea, mixtis pedum digitis ferreis luteisque, quae statua tandem comminuta sit à lapide abscisso de monte sine manibus, ipsoque contra in montem, qui terram compleat uniuersam, crescente.

Hac parua pictura Deus maximas totius orbis terrarum historias proposuit, non tam propter regem de futuris curiosum, quae propter Ecclesiam, quae tum ingenti seruitute pressa docebatur, non casu constitui Imperia, nec gloriam mundi, quamuis ad summa perueniat, stabilem, sed caducam esse & fugacem, restareque aliud regnum, mundanis firmitus stabiliusque, cuius nullus sit futurus finis.

Non

Non igitur cogitandum est, Deo magis placere potentia regna, quam miseram Ecclesiam, sed huic ad aeternum regnum electa, inter orbis horrendas quassationes, tam certo expectandam esse liberationem, quam precisè huius omniscij Domini vaticinia in ceteris cum euentu congruent.

Quod vero ad primam Monarchiam attinet, de qua haëtenus quaedam recitauimus, capiti aureo eam assimulat Spiritus S. haud dubie excellentem sapientiam, & immensas opes eius significans. Miramur primos inuentores variarum rerum, humanis vsibus necessariarum. Quanta vero totius gubernatio, administratione singulorum difficilior & prestantior est: tanto magis admiranda est sapientia, quam Deus primis Monarchis, ad constituendam formam Vniuersalis Imperij pulcherrimam, concessit. Tum quoq; terra abundauit, non tantum auro & argento, sagacissimè scrutantibus diuitias illas intra primæ parentis nostræ viscera Chalybibus, sed etiã reliquarũ sustentandæ vitæ, regendisq; corporibus necessariarum rerum longe feracior fuit, quã sequentibus temporibus. C 4 Sua.

Succesit Nabuchdonosori, & pietatis
paternae vestigia ingressus est Euilmero-
dach, de quo ex etymo vocis nomini adie-
ctae. & quod circumstantiae quaedam histo-
riae id confirmant, non temere coniecisse
eos existimo, qui annotant, quod inter sa-
pientes mundi stultus audierit propter sim-
plicem in veri Dei professione perseueran-
tiam, maxime cum fatum extremum, quod
aulici religioni imputabant, urgeret.

Idem usu venisse Illustrissimi generis
prestantissimo heroi & principi obseruan-
tissimo, Religionis eius, quae parentem su-
um assertorem itidem strenuum, quinquen-
nali captiuitate beauerat, Domino Ioanni
Vilhelmo Duci Saxoniae etc. ἔτι μνημόσυ-
τον ἐν εὐλογίαις: & huic inquā regio confes-
sori mentis sanitatem ab aliquibus nega-
tam esse meminimus, tantum ideo, quod à
sapientibus mundi persuaderi non potuerit,
ut hereditatem sinceræ pietatis paternae, re-
liquo terreo patrimonio postponeret.

Euilmerodacho surrogatus est filius
Balthasar: Sequimur enim auctoritatem
Jeremiae 25. omittentis Regassarem & La-
bassare

bassardachum, siue à Petro Comestore
magistro historiae Scholasticae (ut putatur) si-
ue ab alio Metastheni insertos: in cuius re-
gis historia memoria dignum est, quod per-
spicuo exemplo docemur: quidquid mundus
ob confessionem caelestis veritatis metuit, id non
eum obruere vel maxime, cum missa religio-
nis cura, ut metu crucis vacet, Diabolo to-
tus studet: Principes enim Babylonicis, cum
sub Euilmerodacho, quod hic vero Deo ope-
rum daret, metuissent regni diminutionem,
eo ipso tempore, quo abolito cultu vere vi-
uentis Dei, scelerati voti sui compotes facti
sunt, regnum amiserunt. Nam cum filius
Euolmerodachi, ad arbitrium impiorum
procerum aulae educatus, vero Deo Israelis
palam in conuiuio maledixisset, sententia
contra ipsum seuera diuinitus lata, & in
parietem perscripta est, cui etiam eadem
nocte, tum Babylone à Dario Medo capta,
tum blasphemio Rege trucidato, euentus re-
spondit, secundum regulam: Τιμωρία Ἐλα-
σφημίας ἀκόλαστος.

Huius Balthasaris primo anno, diuini-
tus ostensa est Danieli, de quatuor summis

in orbe Imperijs valde illustris visio, quam
7. capite suæ prophetiæ describit: Vidit is pri-
mum concurrere prælia ventorum in ma-
gno mari, quibus ceu medijs regna constitu-
untur. Etsi enim Imperiorũ ortus & vicissi-
tudines, non minus Deo tribuimus, quam
eorundem conseruationem: tamen illa non
sine bellorum horrendis tumultibus effici
autor, ut sicut peccata hominum politia-
rum necessitatem intulerunt: ita in exor-
dijs & vicibus earum peccata omnium or-
dinum puniantur, quod bello fit commodis-
sime & atrocissime. Significant igitur irrie-
entes à plagis mundi turbine, & confligen-
tes inter se in mari aduersissimi venti, con-
cussionum mundi impetus & pugnas.

Moto sic mari magno, seu concusso mun-
do, seuæ bestia exurgunt: hoc est, reges eue-
huntur, sumentes pœnas de infinita homi-
num multitudine atrocissimas. Distinctæ
autem fera transferendorum Imperiorum
vicissitudines indicant, quibus singulis non
in sinu aliquo maris, vel in una terra regi-
uncula, sed in oceano seu toto orbe Mars
fuit sauisissimus.

Bestia-

Bestiarum exurgentium prima similis
Leoni describitur, & latissimam Monar-
chiam Babylonicā depingit imagine parua.

Non vero dubium est, nobilitatem &
generositatem regum Babylonicorum &
Assyriorum, Leone indicari, quod fului est
coloris, auri similitudinem quandam osten-
di, & in ceteris quoque partibus historia ani-
malis huius, multas egregias res gestas eius-
dem Imperij Monarchiarum proponi.

Naue[m] aiunt dormiente in ea Leone
plus solito mergi, experge facto ipso rursus
eleuari, id quod narrationibus de Sardana-
palo voluptatibus sopito, & de Belocho in-
uigilante bellè conuenit.

Aegrotanti Leoni scribit Aelianus,
nullam possem adhiberi medicinam, quàm
si simiam comedat. Sic deleto exercitu Se-
nacherib ab angelo, Regeque post fugam à fi-
lijs interempto, periculose laborauit Leo Ba-
bylonicus. Simia autem Assaraddone deuo-
rata conualuit optime, maiores vires ac-
quirens quàm antea habuisset.

Magnanimum animal est Leo, & vi-
ctoria studiosissimum, mite tamen & iu-
stum

stum, de quo elegans est distichon, quod supra portas palatij Romani inscriptum fuisse accepimus:

Iratus recolas quàm nobilis ira Leonis:

In sibi prostratos se negat esse feram.

Talem autem Leonem experti sunt Iudæi, victi & capti à Nabuchdonosore, qui singulare exemplum est clementissimi victoris. Nec caruit simili omine, quod Babyloniorum insigne columba fuit, cuius in prophetis aliquoties fit mentio.

Sed non licet nunc perscrutari totam Leonis historiam, quæ cū rebus gestis Chaldeorum & Assyriorum memorabilibus collata, multas venustissimas imagines suppeditare posset. Ad visionem Danielis redeat oratio.

Conspexit propheta Leonem, Aquilinas habentem alas, quæ procul dubio bipartitū prius regnum denotarunt, quemadmodum earundem euulsione coitio in unum intelligitur, quomodo congruit, quod Imperium tum dicatur fieri valde gloriosum, & bestia donari forma humana. Nabuchdonosore enim imperante, ad summum fastigi-
um

um deducta fuit Monarchia, & Rex con-
uersus ad verum Deum, imagine huius,
qua homo initio dotatus fuit, ornatur. Sed
ne in prolixum libellum crescat oratio, reli-
quam huius Monarchiae historiam, multi-
plicis doctrinae ac consolationis plenam &
ipsam, praeterire cogor.

De interitu huius Monarchiae, praeter
Danielis & aliorum prophetarum vatici-
nia extant, ut: Esa. 13. 14. & 47. qui etiam
Medos & Persas, hoc imperio potituros esse
praedixit cap. 21. & Cyri expressam mentio-
nem fecit cap. 45. annis circiter ducentis,
antequam Cyrus natus fuit. Similiter Je-
remias de ruina hac vaticinatur cap. 50.
& sequenti, addens causam exitij peccata
populi, & simul captiuis Iudaeis reditum in
patriam promittit, id quod etiam factum
est, euentu praedictioni, de septuaginta an-
nis exilij Ieremiae 25. annotata, praecise con-
gruente.

Vnde apparet immensa misericordia
& beneficentia altissimi, qui non tantum
fidelis est, non onus imponens maius morta-
libus agris, quam modus & iustus temporis
ordo

ordo ferat, ut Stigelius præclare cecinit: sed etiam in ipsis calamitatibus, quibus ferendis, ipso sustentante sufficeremus, subinde nos alloquitur, & consolationibus pene obruere gaudet.

Confirmetur etiam mentes nostra, illum ipsum Deum, qui se in horum Prophetarum scriptis patefecit, esse solum verum Deum, & doctrinam huius omnibus figmentis humanis anteponamus. Tantum de Babylonica Monarchia quæ prima fuit.

Capta autem inter Epulas Babylone, & Balthasare, cui blasphemia per iugulum redibant, sublato, Cyrus Persa socius expeditionis Darij Medi, orbis terrarum dominatu, velocissime à xp. n. v. consequente, potitur. Legitur de hoc admirandum vaticinium in Esaia (ut modo etiam meminimus) pingens eleganti ὑποτυπώσαι, quomodo Deus Cyrum manu ductare velit, & ante eum sua vicineta prosternere, quæ successum remoratura sint, idq; propter electum servum suum Iacob. Quod denuo exemplum est providentia Dei in constituendis & stabilien-
dis regnis, & cura eiusdem pro Ecclesia
sua

sua perpetua, etiam ubi translatione Imperiorum aliud agere videtur.

Primo anno Monarchiæ Cyrus publico edicto Iudæis reditum in patriam, & potestatem instaurandi templi concessit, verum Diabolus mirabiliter sese implicavit, ne plenum hoc gaudium gauderent restituti exules, exemplo insigni: Negocia Dei in aulis, quibus etiam boni principes presunt, difficulter procedere. Dum enim Cyrus in bello adversus gentes Scythicas, ad mare Caspium habitantes, abest, regni administratione Cambysi commissa, irritum reddit edictum paternum filius, prohibens templi extructionem. Samaritani etiam, qui, (si modo aliquid reliquarum Israeliticarum in illis locis permansit) fratrum reditui gratulari debebant, impediunt inchoatas operas, sicut nostro tempore falsi fratres miris artibus edificationem domus Domini interceperunt. Cessavit igitur secundi templi Hierosolymitani extructio usq; ad Longimanum.

Captus autem Cyrus in Bello Massagetico, à Tomyri regina interfectus est, vel ut
alij

alij tradunt, in praelio occubuit, puniente ipsum Domino ob bellum non necessario susceptum. Sic etiam in dilectis suis Deus certos lapsus vindicat, iisque humanarum rerum inconstantiam in timore Domini cogitandam esse ostendit.

Est etiam in Cambyse comprobatio eius quod dicitur: Heroum filij noxa. Fuit enim fratricida, incestuosus, multisq; alijs vitijs contaminatissimus, bellica etiam laude, quam ipsi unicam Schleidanus noster tribuit, indignissimus, quemadmodum Plato, qui annis 100. Cambyse posterior fuit, diserte indicat in tertio de legibus. Quod si idem in hoc recte accusat disciplinam parentis Cyri, qui tamen in alijs propter excellentes virtutes nunquam satis laudatus est, & praeterea veri Dei cognitione imbutus fuit: factum hoc, nulli seculo exemplis carens, deplorandum potius, quam in tanto heroe, qui à iuuentute bellis occupatis priuatis minus vacare potuit, odiosè carpendum est.

Pereunte suo gladio Cambyse, iuxta sententiam in Dei iudicio latam: Qui gladium

diurno acceperit gladio peribit: Electores
Persici, quorum septem fuerunt, comitia
celebrant, deq; forma politica in posterum
adornanda deliberant, ut initio dictum est.
Darius autem, qui tertius inter Electores,
pro Monarchia primus dixerat, reliquos
vero quatuor pedarios habuerat, cum equus
suis, quanquam arte inductus, primum
hinnitum edidisset, de quo ceu sorte obti-
nendi Imperium pacti fuerant septem viri,
Rex creatur, & Babylonem, quae defecerat
statim in regni exordio astuta fidelitate Zo-
pyri recuperat.

Hunc Darium Hystaspis filium D. Me-
lanthon statuit esse Assuerum illum, in sa-
cris literis appellatum, cui Esther, seu Ari-
stona, ut apud Herodotum dicitur, uxor ob-
tigit, foemina pietate & omnibus virtuti-
bus praestantissima, in primis vero Iudeorum
ex maximis periculis liberatione celebra-
tissima.

Mortuo hoc Dario, Xerxes natus ipsi ex
Atossa filia Cyri, quae Vasti creditur in sa-
cris (nolo enim in diuersas de hoc rationes
aliorum, inter quos & Schleidanus noster

D

est.

est, hoc loco inquirere) praterito fratre Ar-
tabazane maiore natu, ad culmen Imperij
euehitur testamento patris, fratre, qui neg-
lectus erat paterna voluntati sine seditione
cedente, & benevolentiam erga minorem
minime mutante, quod rarissimum in hi-
storijis reperitur exemplum, cum cupidita-
tem regnandi, presertim si pretextus iuris
adsit, nulla frenet testamentorum religio,
vel sanguinis coniunctio & reuerentia.

Sub hoc notabiliter ruere coepit Monar-
chia Persica, Deusq; in Xerxe testatum fe-
cit, sibi inuisam esse omnem superbiam,
et quod amet πάντα τὰ ὑπερέχοντα κολῆει,
vt Herodotus inquit, nullamq; potentiam
quamuis maximam adipiscendae victoriae
sufficere. Manere item potentissimos prin-
cipes atroces spreti consilij fidelium
consiliariorum. Xerxes enim stolidus suas
in vires fiducia disuadentibus precipuis re-
gni proceribus, ijsq; sapientissimis, ingentē
hominum multitudinem, ex Asia in Grae-
ciam quidem duxit, & per Thraciam,
Macedoniam & Thessaliam transiens su-
binde copias auxit, adeo vt ad Pelopone-
sum

um adueniens ultra quinquagies centum
millia hominum in exercitu habuisse de-
prehendatur, si summas ab Herodoto nume-
ratas colligamus. Verum eadem astate, qua
uperavit Helle spontum, cui ridiculus sui
admirator stultam in potentia sua confi-
dentiam testaturus, verbera inflixit, et com-
pedes iniecit, paucis prelijs ita profligatur,
ut relicto in Thessalia Mardonio cum ter-
centum millibus bellatorum, qua decima se-
ptima pars fuit integri exercitus, ipse cum
reliquis ex Gracia fugiat: Altero vero anno,
Mardonio ad Plateas inperfecto, prelioq; ad
Mycalen commisso, Persicus exercitus terra
mariq; penitus vincitur.

Nec vero simile exemplum ab initio
mundi usq; ad hac tempora accidisse legi-
mus, & tamen Xerxes tanta ignominia &
calamitate adeo non fuit motus ad vitam
rectius instituendam, ut dum maxima cla-
des suorum in Gracia facte sunt, ille Sar-
dibus incestuoso amori operam dederit, e-
iusq; potiundi gratia fratricidio se pollue-
rit. Quare & hoc expertus est, magnis er-
ratis scelera addas Persa: τῶν μεγάλων ἀ-
δικημάτων μεγάλας εἶναι καὶ τὰς τιμωρίας
παρὰ

περὶ τῶν Ἰερῶν. Praterquam enim quod Imperium valde afflixit, sibi etiam suisque tragicas calamitates attraxit, interfectus cum filio natu maximo à suis uno & eodem die, iuxta regulam iusticiæ: Omnis anima, quæ fecerit abominationes has eradicabitur. Interempto ab Artabano Xerxe Artaxerxes longimanus filius Darij ex Aristona seu Esther, ut Hebraei hoc in loco à Grecis dissidentes tradunt, omnium Monarcharum erga populum Dei munificentissimus, τὴν βασιλείαν ὅλην ἐπιεικῶς διοίκησε.

Non enim tantum ratum habuit edictum Cyri de dimissione Iudeorum, & templi politieque eorum instauratione, sed etiam opibus suis plurimum iuuit & defendit illos.

Imperium tamen sub ipso diminutum est, AEGypto disiciente, suntque res Persicæ subinde deteriores factæ succedentis Longimano Darij Nothi filiorum, Artaxerxis videlicet, Mnemonis, et Cyri iunioris civilibus bellis, eorundem item incestu, cui simul Darius Artaxerxis Mnemonis filius intricatus fuit, quem miserabiles lanienæ exceperunt,

vunt, tandemq; sub Ocho fratricida horrenda scelerum poena, & fatalis regni interitus irruerunt. Hic enim cum filio Arsame, à Bagao interfectus est, qui homicida Imperium Armenio cuidam tradidit, quem Darium appellatum in praelio ad Arbelā commisso, & vita priuavit & regno exiit Alexander Macedo, paterna Philippi origine ex Herculis, materna Olympiadis ex Aeaci familia oriundus. Factum est hoc 26. Augusti, anno mundi 3633. post captam à Medis Persisq; Babylonem 209. Quo exemplo toti orbi conspicuo, iterum monemur: propter peccata mutari regna, & transferrē diuinitus de gente in gentem.

Recitata, quantum in hac breuitate à me fieri potuit, historia Imperij Medorum seu Persarum, accedamus ad imagines & vaticinia de hoc in Daniele alijsq; Prophetis proposita.

In visione Nabuchdonosori oblata adumbratur forma Imperij Persici, quod Babylonicum secutum est, argenteo pectore. Quantum autem argentum auro vilius est, tanto minus Babylonico regno fuisse

Perficum, & ex Danielis perspicua interpre-
tatione, & ex historia quam audiimus
certissimum est. Sapia etiam & opes
iam decreuerant, animosissimos tamen he-
ros tulit hac aetas, id quod pectore nota-
rum fuit. Brachia inexplebilem cupidita-
tem extendendi fines imperij haud dubie
arguunt, quod Cyri non necessarium bel-
lum contra Schytas motum comprobant, & su-
perba illa oratio Xerxis, in comitijs Persicis
ad deliberandum de bello Graeco celebratis,
audita. Nullam, inquit, regionem specta-
bit Sol finitimam nostram, sed ego omnem per-
mensus Europam unam nobiscum cunctas in
unam redigam. Sed ut recte ipsi Artabanus
respondit: κακὸν εἰς αὐτὸ πολὺ ἐπιθυμῆεν: Ita
plurimum Persico regno inter caetera nocu-
it nimia brachiorum ad rapiendum ex-
tensio.

Hec de priore visione Imperatori Baby-
lonico ostensa.

In imagine vero Danieli visa, Persica
Monarchia pingitur urso egregie dentato,
plurimasque carnes deuorante. Ut vero Leone
ursus ignobilior est: ita Persicum regnum
nobis-

nobilitate Babylonico cessit, Sauumq; cum fuerit, vrsu probe retulit, tribus dentium ordinibus tres precipuos huius Imperij reges, Cyrum videlicet, Darium Hystaspis filium, & Artaxerxem Longimanum, qui rerum gestarum magnitudine ceteros superarunt, significantibus.

Scribunt vrsu duobus pedibus erectum humano more ingredi posse, sed non diu. Quid vero magis Persicae historiae conuenire videtur, quam hoc? Cyrus hominem praestitit, filium autem reliquit Cambysen deterrimam bestiam. In Dario vrsus iterum erectus, humanoq; gressu incessit, quem Xerxes vix aliquantulum emulatus statim in lutum se instar turpissimae ferae demisit. Erexit se rursus Artaxeres Longimanus, quem successores in faedissimo caeno libidinum volutati ferino incessu secuti sunt. Est tantum de altera visione.

Oblata est Danieli sub finem prima Monarchiae, cum à Blasphemii Regis aula abesset iam, & in arce Rosarum Perse viveret, alia quoq; imago, quam 8. cap. sui

varicinij describit, addita explicatione an-
geli Gabrielis, ad quam auditores remitti-
mus.

Ad tertiam igitur Monarchiam sese
nostra conuertat oratio. Scribit Plutarchus,
Darium vltimum Persarum Regem obtulisse
Alexandro, ut hic acciperet pro redem-
ptione captiuorum talentorum decem mil-
lia, & insuper Asiam ex equo secum par-
tiretur, cumque id recusasset Alexander,
Parmenionē dixisse: Accepissem si Alexan-
der essem: cui, & ego, si Parmenio essem.
Dario vero hunc in modum responderit:
Neq; terram duos Soles, neq; Asiam duos
Reges ferre posse.

Hic igitur Alexander Macedo ex Ia-
peti posteritate prognatus, & pacata Grecia,
communi decreto dux Graecorum contra
Persas appellatus, Monarchiam tertiam ex-
orsus est, & confirmavit (si tamē vnquam
confirmata fuit) in Europa, cum duae prio-
res in Asia fuissent, posteritate Semi ijs do-
minante.

Etsi vero Alexander initio multis e-
gregijs virtutibus praeditus erat, adeo ut in
tanto

tanto Imperio ipso Rege nihil esset pulchri-
 us: quæ tamen est humana infirmitas, ex-
 cellentem fortunam moderate ferre non
 potuit. Diuinos igitur honores appetens de-
 sertus fuit à Deo, seq̃ voluptatibus penitus
 immersit, ut quo ante nihil fuisset formo-
 sius, eodem nihil turpius postea haberetur:
 cūq̃ se vino ingurgitasset, furore correptus,
 interfecit optimos suos amicos Parmenionē,
 qui ipso natali Alexandri vincens exerci-
 tum Illyriorum, vix in lucem edito quen-
 dam ad Monarchiam aditum parauerat:
 Clitum, cuius fortitudine in primo ad flu-
 men Granicum pralio seruatus erat, et Cal-
 listhenem, Aristotelis preceptoris sui optimè
 meriti cognatum. Tanta humane nature
 infirmitas & miseria, tanta Diaboli insi-
 dia & tyrannis. Cum igitur nulla virtus e-
 tiam Diuinitus inspirata sine Deo perpetua
 sit, agnitione huius coram Deo prosternas-
 mur, serio ipsum & assidue inuocantes, ut
 sue potentie vires ad nostras angustias
 expediendas conferat.

Ex larga autem potatione in conuiuio
 Sycophanta Thessali: cuius hoc dictum, Ca-
 lumnia-

D S

lumnia-

lumniare audaciter, semper aliquid haeret.
inflammatus febre extinctus est Alexan-
der, duodecimo anno regni Macedonici,
sexto vero Monarchiae, si à deuicto Dario
numerare inceperimus, Itaque domum eius
totam Tragicæ calamitates obruerunt &
euerterunt, ut mortuo Alexandro Regnum
eius fuerit simile Cyclopi effosso oculo, ut
Demades dixit.

Ne vero longiores simus pertexendo
successorum historiam, statim accedamus
ad vaticinia Danielis, cum Græcæ Monar-
chiæ formam nõ tam notarint ij, qui coram
conspexerunt, & de ea scripserunt permul-
ta, quam Daniel paruis imagunculis ad o-
culum expresserit.

Nabuchdonosori apud Danielelem ex-
hibetur videndum regnum Græcum aneis
ventre & femoribus. Ventre haud dubie
voluptates significantur, quibus Alexander
tandem periit, & reliqui eius successores,
præter primos fuerunt dediti. Aes indicat,
minus opum fuisse Græcis regibus, quam
Persicis & Babylonis, maiorem tamen
crudelitatem, sicut in sequentibus paucis
doce-

docebimus. Podicem salua reuerentia recte
appellabimus cloacam illam Diaboli, An-
tiochum Epimaneum, per quem effudit,
quicquid collegit sordium impurus spiritus.
Femora distractiones haud obscure innu-
unt.

Quae autem Danieli ostensa est pictu-
ra Pardalidis, multo est illustrior. Et de
voce quidem Namer disputant eruditi, num
recte vertatur Pardus seu Pardalis, quae i-
dem significant. Sed non est dubium ver-
sionem ita congruere. Extat enim vox Aba-
cuc: 1. Vbi animal à leuitate & celeritate
commendatur. & Iere. 13. maculosum ap-
pellatur. Hæc vero Pardo conueniunt, ha-
bentq; septuaginta πῆγδαλῶν. Pardus igi-
tur recte veritur.

Tradunt autem Pardos seu Panthe-
ras mire afficere armenta odore, atq; ubi
eas persentiunt, properate conuenire, nec
terreri, nisi sola oris toruitate, quae sane ipsi-
sima imago est Alexandri & successorum,
qui quasi Circais veneficijs deformarunt
suam fortitudinem, & laudem voluptati-
bus & helluationibus.

Fel

Fel Pardi venenatum est, quod de nullo quadrupedis felle legitur, nisi Plinio de Mustela Sylvestri idem narranti credamus. Hoc vero & furorem Alexandri & successorum, pestilentissimam iracundiam argui quis dubitat? Scribitur & hoc de Pardo, quod cum libidine feruens aliquem sauciauerit, mures ad saucium conueniant, & permingant, itaq; ille moriatur. Est hoc quidem exemplum omnium Aularum, ut excidentem ex Principis gratia, itaq; offensa sauciatum mures permingendo ad interitum & mortem adigant, sed pinguntur hac imagine inprimis circumstantia occisi Cliti: Cum enim libertate Cliti offensus Alexander inclementius ipsum compellasset, statim occurrerunt permulti ex grege murium aulicorum, qui importunitate sua igni oleum affundentes, Alexandrum ad manus Cliti inferendas instigauerunt, atq; ita ceu mures saucium permingentes mortem Clito attulerunt.

Sunt etiam qui hoc de Panthera tradunt, in armo ipsi maculam esse, similem
Luna,

Lune, crescentem in orbes, et cauantem pari modo cornua. Hec si fortuna inconstantiam non probe depingunt, nescio an ulla eius imago haberi possit. Nec vero mutabilitatum huiusmodi illustriora exempla habentur, quam in Grecorum Imperio, ita etiam, ut sicut subindicauius, tempus ferè concipi non possit, quo Monarchia hac confirmata fuisse demonstrari queat.

Est & hoc notabile, quod Scholiastes in Alexipharmaca Nicandri scribit: Pardalin, cito defatigari & exhauriri, nimirum, quod in primos impetus, quantumcūq; virium habet, & omnem sui roboris contentionem insumat: Vnde Claudianus Pardū fulmineum appellat. Conueniunt hac sane in concitatissimum impetum Alexandri, omnia sublimia ferè in mundo prosternentem, cito tamen subsidentem.

Sed memorabilior est modus capiendi Pardos, vino inebriatos, quem Oppianus descripsit, & quod Plato 2. de Leg. citante Athenæo lib. 2, meminit, Bacchum Pardali assimilari, & Tauro: quod homines ebrij beluarum instar ingenia referant, et omnia

vise

violenter agant. Ita enim Alexander instar
Pardi vino ingurgitatus præda venatori
Satane extitit. Sed hic liber $\omega\rho\mu\nu\alpha\nu$ $\kappa\rho\epsilon\epsilon\varsigma$
 $\delta\omega\iota$ quod dicitur.

Accedamus ad tertiam picturam Mo-
narchie Græcorum, quam ipse Alexander
Hierosolymis, cum urbem hostis accessisset,
amicus vero ingressus esset, inspexit, mon-
strante Iaddo Pontifice Iudæorum, qui tum
suo occursum iratum placauerat. Extat autem
in 8. cap. Danielis, explicata à Gabriele, di-
gna diligenti intuitu & consideratione,
quod tamen hoc loco et tempore à nobis præ-
stari non potest. Sed quasi per transennam
aspiciamus.

Alexander figura hirci, arietem Per-
sicum opprimentis, & Asiam occupantis
proponitur & designatur. Vnicum cornu,
Vnius Alexandri merum Imperium signi-
ficat. Hircum etiam tanta velocitate ab oc-
cidente in orientem ferri, ut volanti similis
terram non attigerit, congruit Alexandro.
Fuit enim hic similis sagittæ, valida manu
contortæ, ferientis omnia & prosternentis
quæ prona sent. Ut de heroibus Psalm 137. di-
citur.

citur. Opinabile etiam est, Græcos ideo Capræ comparari, ut taxentur eorum ingenia, quæ in experiendis nouis & arduis rebus mire fuerunt curiosa: Vel etiam idolatriæ leuitas notetur. Capræ enim auspicio Pythium oraculum Delphis cæpisse autor est Diodorus.

Deniq; quod unico cornu decedente emanascantur alia quatuor, eo successores Alexandri numerantur: Ptolemæus enim Aegyptum, Cassander Macedoniam, Antigonus Asiam, Seleucus Syriam & Babyloniam occuparunt, oppressis omnibus Alexandri propinquis.

Sic Monarchia hæc ab uno vix gubernari cæpit, nec mortuo hoc, dū stetit, unius Imperio denuo coniuncta fuit. Sicut autem Cassander crudelissime seuit in familiam Alexandri, ita homicida posteritas seipsam multis lanienis postea confecit.

Redijt autem tandem Monarchia ad Antigonum, qui ex Regia stirpe fuisse scribitur, quod etiam non caret doctrina operante patientiam, et erigente eos in spem bonam, quorum familia hodie plane videtur op-

sur oppressa. Tanto vero certius tale quid
ipsis promittere ausim, quanto Macedonicis
verius pietatem coluerint. Dominus enim
Iusto non dabit fluctuationem in aeternum,
ut Psalmus habet. Potentissimus in hoc Grae-
co Imperio post Alexandrum fuit Antio-
chus magnus Syria Rex. Hic enim rursus
coniunxisse videbatur Asiam cum Graecia.
Sed longe non assecutus est Monarchæ po-
tentiam, & quidem violato fœdere Aegy-
pto inhians infelix factus est, amisitq; flo-
rentissimam regni partem ab Ionia usq; ad
Taurum montem, quam Romanis, quibus
fidem fœderis cum Aegyptio ic̄ti postulantibus
fiducia potentie suæ bellum indixerat,
coactus fuit cedere, tandemq; spoliaturus
templum Beli in Syria à tumultuaria mul-
titudine trucidatus est.

Huius filius fuit monstrum illud homi-
nis Antiochus Epiphanes, qui ob impieta-
tem & innumera scelera, in quæ ceco ima-
petu, plenoq; cursu ceu furiosus ruebat, di-
ctus fuit Επιφανης. Depingitur bestia hæc
surpissima apud Danielelem cap. 8. & 11.
quorum vaticiniorum optimi commentarij

June

sunt lib: Machabeorū, referti utilissima do-
ctrina, illustribus miraculis, & efficacissis
mis consolationibus, quæ si recensere vel-
lem, dies me deficeret.

Cum his Hierosolymā occupasset reter-
rima hæc belua, omniaq; in vrbe & templo
spoliatis compleuisset immanib; cadibus, et
Idolatricis cultibus, Deus virtute Iudæ Ma-
chabei, promissam liberationem populo suo
prestitit, quam fatalem sui furoris perio-
dū frustra superare conatus est Antiochus.
Etsi enim nouam expeditionem aduersus
Iudeos magno molimine suscepit, sibiq; pro-
posuit hoc postremo bello, & Hierosolymam
euertere & uniuersam gentem Iudaicam
penitus excindere, terminum tamen die-
rum bis mille & trecentorum à Deo fixum
ne momento quidem transgredi potuit Ty-
rannus, sed in ipso apparatu bellico, finito
dierum prescriptorum numero curru ex-
cussus, inter horrendos non tantum allisio-
nis, sed etiam putrescentium viscerum, to-
tiusq; corporis vermibus scatentis crucia-
tus, scelestam animam euomuit, cuius po-
steros maximæ calamitates oppresserunt.

E

Lau-

Laudatissimus inter successores Alexandri fuit Ptolemæus Philadelphus, celebris erectione Scholæ Alexandrinæ, collectione Bibliotheca ibidem, quæ septuaginta millia voluminum habuisse, legitur apud Gellium, & quod septuaginta duos doctissimos viros, splendidis donis, regijsq; sumptibus convocarit & aluerit, ut sacra Biblia in linguam Græcā transfunderent. Reliqui varijs bellis implicati regiones Imperij subinde ipsi eneruarunt, donec in Romanorum potestatem redactæ sint, quo de-
nuo ostenditur veritas regula:

Propter peccata populi regna de gente
in gentem transferri.

Ad Romanam igitur, quæ ultima est, nostra peruenit oratio. Romæ Urbis initium collocatur in annū mundi ter millesimum, ducentessimum, duodecesimum, unde septingenti ferè anni numerantur ad id temporis, quo ipsa orbis Imperium confirmatum tenuit et hoc pene articulo condita Urbis non sine singulari Dei consilio editam existimo prophetiam, de virgine filium Immanuel paritura. Esa. 7. Cum vaticinijs eius euentus

in Romanae Monarchiae florens initium inciderit.

Quot autem bellis, quove vario successu potentiam suam, templum illud Martis, ut Plutarchus Romam appellat, auxerit, impossibile est, ut tali orationis genere recensere possim. Tot enim ferè bella gessit, quot annos stetit, fuitq; templum Martis, quod belli temporibus patere debuit, intra annos illos 700. semel tantum clausum, sub Numa Pompilio.

Grauiissima vero bella, quibus plurimum negocij Romanis factum est, fuerunt Punica, ut de quarta illa Monarchia Carthago & Roma inuicem certasse videantur.

Atq; hic in mentem mihi venit eius questionis, quam inter doctos agitatum memini: Quenam scilicet afferri possit causa, ob quam Romanis decernere Monarchiam maluerit distributor Imperiorum altissimus quam Carthaginensibus. Non enim vanae sunt haec commendationes: Africam tertiam partem orbis terrarum Europa maiorem, praebuisse hospitia & alimenta Is-

raelitis in grauiſſima fame, recepisse & Christum exulantem, fuisse sedem doctissimorum hominum, & quasi scholam Metropolitanam, unde artes in Graciam & Italiam translate sint, (Aegyptus enim Africa regio est) Virosq; genuisse bellicosissimos, ut Monarchie honore non minus digna haberi potuisset, quam Europa. Et Carthaginem quidem legi apud veteres Romanos ea in existimatione fuisse, ut hanc Corintho et Capue accensuerint, quas tres vrbes Imperij autoritatem & nomen obtinere potuisse putarint.

Etsi vero in arcana Dei consilia non est inquirendum: considerare tamen opera Dei ad normam Legis, & pium est & utile.

Ac sunt qui ita respondeant: Cum iusticia stabiliat thronum Regis, hacq; Romani omnes orbis populos superarint, Pœni vero adeo leuiter eiusdem religione tacti sint, ut de insigni perfidia Punica experientia adagium præbuerit, ideo his negatum fuisse vniuersale Imperium. Similis est Polybij diuinitio, qui propterea Romanis Carthagi-

thaginenses succubuisse coniectat, quod
quo tempore inter eos incidit conientio,
tum & Carthagine, multo quàm antea ne-
gligentius, & Roma multo quàm unquam
diligentius Leges culta sint. Nihil enim si-
ne iure perpetuum esse.

Hanc vero nonnullam esse causam haud
negarim: ἀτιον tamen aliud fuisse vide-
tur, quod vid: cum Chami posteritati domi-
niū supra fratres graui Maledictione Noe
abrogatum sit, Deus ratam habere voluerit
iustam sententiam, etiam post tot annos.
Occuparunt autem Africam posteri Chami.
A Chus enim Aethiopes orti ultimam tenēt
oram Africae ad Nili fontes, A Mizraim
Aegyptij, à Labaim Lybies, à Phut Numidae
& Mauritanii. Et quanquā Carthago colo-
nia extitit Tyri, huius tamen metropolis Si-
don fuit, condita à Sidone ex nepotibus
Chami.

Hec ergo ratio praebet grauissimam com-
monefactionem iuuentuti, ut parentes &
qui horum loco sunt, magistratus & pra-
ceptores in honore habere discant, cum ira
Dei penè irreconciliabilis ostendatur ad-

versus ingratos liberos, subditos discipulos.

De initio Monarchiæ Romanæ non consentiunt docti: Dominus Philippus à Daniele constitui etiam ante Iulium inde ratiocinatur, quod urbs Roma summum imperium tenuerit ante bella ciuilia & Monarchia à Daniele adeo terribili specie pingatur. Quia non tantum seuitia sequentium Tyrannorum in Ecclesiam exercita, & variarum gentium cruentissimæ commisiones, sed & ciuiles laniens ante dictaturam Iulij notari putentur. A Iulio tamen, qui primus clauum Imperij vere Monarchicum tenuit, si initium fiat, minus dubij relinquatur, cuius dominatu in Octauium Augustum collato, Monarchia à xp̄m consecuta videtur, ut hic non tam de urbe quàm de toto Imperio dicere potuerit: Semarmoreum reliquisse, quod lateritium inuenerit.

In flore stetisse Romanum Imperium usq̄ ad M. Antoninum Philosophum sapientes existimant. Etsi enim inter Augustum & Antoninum multe numerantur pestes
Reip:

Reip: Vt Tiberius, quia fortitudine quidem
Neronis nomen accepit, (Sicut hoc ἕτομον
Tranquillus affert) sed postea propter te-
mulentiam Biberius Mero, & a praeceptore
qui peruersissimum ipsius animum penitus
introspererat, lutum sanguine maceratum
dictus fuit, sub qua belua Christus in cru-
cem actus est à Iudaeis: Caligula deinde pro-
digus & rapacissimus, qui ipse se ob ince-
stum, Iouem appellauit, quoq; atrocio-
rem Dominum fuisse tum non fuit creditum:
Et hoc nihilo melior Claudius formidulosis-
simus ignauissimus & mulierosissimus, iti-
demq; deterrima bestia, praeter figuram ni-
hil habens hominis, in superq; ex Romanis
Monarchis primus persecutor Ecclesiae Chri-
sti Domitius Nero: forma tamē gubernatio-
nis sub Augusto instituta mansit, eademq;
stetit imperium.

Neronem etiam secuta quidem est mul-
tiplex laniena inter Galbā ex Sulpitionum
familia, Ottonem omni vita turpem, &
Vitellium astrologorū ex Italia exactorem,
que durauit amplius anno & haud dubie
per cometam sub Nerone flagrantem signi-

ficata fuit, quibus intestinis bellis horribilis
Imperij Metamorphosis facta est: Legibus
enim silentibus, & iudicijs sublatis, iocus
& ludus habita fuerunt, quæuis scelera.
Hinc vero quanta confusiones nata sint, ut
minus verbis exprimere, ita cogitatione
nonnihil assequi possumus. Deus tamen su-
scitavit Vespasianum, qui fauente suo au-
spice salutaribus consilijs & virtute Imperij
formam restituit, quam tutatus est filius
eius Titus, amor & delitia generis humani
propter iusticiam & beneficentiam dictus.
Sic quæ crudelis, obscenus & rapax Domi-
tianus, qui Ioannem Euangelistam in Pa-
thmum misit, iterum turbauit, illa emen-
dauit successor ipsius Nerva, iustus & bene-
ficus princeps, cuius dictum hoc: Aequius es-
se mori, quàm autoritatem Imperij fœdare:
quemadmodum & Traianus, qui iusticiæ
& iuris, tam repertor noui, quam custos in-
ueterati, talem se Reip. præbuit, qualem
vix aegre³ exprimere valuerunt summo-
rum scriptorum miranda ingenia, qui³
ideo princeps optimus decreto Senatus di-
ctus fuit: Adrianus item sapiens & erudi-
tus, natu-

ius, naturaque vicia plurimum contraria
assuefactione corrigēs, et Antoninus, ob mo-
rum benignitatem pius dictus, solus omni-
um principum sine ciuili sanguine Imperio
fungens, tandemq; M. Antoninus eruditus
& laudatus: Hi inquam Maiestatem floren-
tis Monarchiæ conseruarunt. Sic igitur an-
nos 200. cōtinuū fuit Imperium Romanum,
vsq; ad Antonini Philosophi mortem, atque
haud scio, an dicendum sit, Senatui Roma-
no, in publico conuentu obitum huius de-
flenti, mentem presagisse instans malum:
Sub filio enim & successore M. Antonini,
Commodo, quem rectius Incommodum di-
xeris, circa annum Christi 180. prima de-
clinatio Romanae Monarchiæ cæpit, quo e-
gregie scilicet prestitum fuit, quod mori-
turo & monenti patri responderat Commo-
dus: Ab incolumi quæuis paulatim negotia
perfici, à mortuo nihil.

Eodem tempore Ecclesia, quæ sub An-
toninis & cætu ipso & eruditorum numero
valde creuerat, innumeris hereticorum
bellis impeti cæpit præter gentiles Sectarijs
Basilidis, Marcionis, Apellis, Valentini, &

E S

alio-

aliorum agminatim insurgentibus. Ut ta-
men hi minus contra veritatem promoue-
rent, Deus excitavit plurimos doctos viros
inter Christianos, quo testaretur, eruditio-
nem suam esse donum & ad defensionem
ac propagationem coelestis doctrinae eam ad-
hibendam ac colendam esse.

Est & hoc observatu dignum, deleta
nobilitate partim à Tyrannis, partim civi-
libus bellis, ruisse Imperium, unde nobili-
tatem tanquam præcipuum fulcrum maie-
statis Imperatoriae, quantum quidem ad hu-
mana media attinet, fuisse constat & semper
cum florente nobilitate floruisse regna in
Historijs legimus. Nec vero illi nobilitati
recte studere putantur, qui infinitam ei de-
cernunt licentiam. Ut enim deletis verè no-
bilibus & heroicis viris, Imperium afflixit
Commodus, ita quod reliquo gregi nobiliũ
quiduis indulserit, vulnus non tantum non
sanavit, sed altius adegit, fœdiusq; putre-
scere fecit, quod ideo addo, ne nobiles in hoc
auditorio dolescentes sui ordinis com-
mendationem perperam accipiant.

Sub Philippo Arabe, qui humilimo lo-
co &

co & patre nobilissimo latronum duce natus, Caesar salutatus est, primusque ex Imperatoribus Romanis dicitur Christianus esse factus: sub hoc inquam ludi seculares millesimi anni urbis celebrati sunt, quibus durantibus incendium Romae ortum est, magna parte urbis conflagrante, quod haud dubie subsequenter maiestatis Imperij diminutionem significavit, nisi porro & hoc portenderit, pontificem Romanum ad imitationem Ethnicorum ludorum Iubileum indicturum, incendiarium fore Romani Imperij.

Decio è Pannonia Bubalia oriundo succedente Philippo primum inuasisse Romanum Imperium scribuntur Gotti, quos lingua Germanos fuisse collatio Geticarum vocum cum nostris ostendit.

Sub Gallieno tertio à Philippo, eoque inuiso militibus propter libidines & crudelitatem, triginta Imperatores à diuersis exercitibus nominati sunt, qui immanibus lanienis & se confecerunt, & Imperium eneruarunt, à quo tempore sese extulerunt Franci, indigena & vetusta gens Germanica,

nica, qui postea proprio regno constituto Aquilam ab uno latere penè implumem reddiderunt.

Inter hos furores Imperij, mirum fuit quàm creverit Ecclesia, ostendente Domino collectionem suorum præter sapientiam humanam succedere: Sed et confusa gubernatio multa educauit ingenia peruersa, quibus trāquillitas occasionem præbuit, ut varijs opinionibus sparsis cursum veritatis nõ parum inhibuerint. Præcipui autem hæresum autores tum extiterunt Manes, & Paulus Samosatenus, cuius utriusq; portentosa & blasphema dogmata nostro seculo repullularunt, interpolatoribus Flacio et Serueto. Rursus deinde pacatis prouincijs Imperij, sub Diocletiano & Maximiano cæcus Christi fidelium grauem et diuturnam persecutionem sustinuit, quam Eusebius ὁ ἱστορικὸς testis in postremis duobus libris historie Ecclesiasticae descripsit.

Sublatis Tyrannis vindicta haud dubie diuina, eadem prouidentia Imperium committitur Constantino magno, qui & politiam collapsam erexit, & Ecclesiam dissipatam

patam collegit, quae mutatio inter precipuas celebrata est scriptis eruditorum & sapientum.

Denuo vero obseruetur, cum Nobilitate maiestatem Imperij effloruisse, quod intelligens sapiens Imperator, primus feuda equestria ad propagandas & conseruandas familias nobilium instituit, idemq; inertium aulicorum, quos iineas soricesq; Palatij appellabat, vehemens castigator fuit.

Languefecit tamen statum Imperij Constantinus transferendo dignitatem eius in Orientem, id quod fatale fuisse, ut Roma propter multa scelera puniretur, Imperium vero in oriente ceu asseruaretur, sequentes historiae cogunt augurari.

Post Constantinum diuisum fuit Imperium inter tres eos filios, Constantinum, Constantium, & Constantem, quod deinde rursus in Monarchiam redactum est à Constantino, sed in praelio Illyrico, quo dominatum solus ille obtinuit, adeo concisa fuerunt vires Aquilae, ut sequentes peregrinarum Harpyarum in Galliam & Italiam irruptiones prohibere aut sustinere non potuerit.

Postre-

Postremò autem Imperium integrum
solus tenuit Theodosius pius, iustus & felix
princeps, post cuius mortem duo filij diuiso
Imperio Fasces gesserunt, tenente orientem
Arcadio, socordis ingenij Principe, nec
quidquã omnino paterna auitaq; virtutis
referente, occidentem vero occupante Ho-
norio, & ipso parenti in rebus gerendis dis-
simili, à quo tempore horribiles Romani Im-
perij dilacerationes ad hunc vsq; diem du-
rant.

Sub Honorio enim Gallicum regnum
constituitur, occasione libidinum, presidis
Romani in vrbe Treuirorum. Eodem re-
gnante Gotti à Pannonia Italiam versus
Romanas prouincias inuadunt, tandemq;
Roma ab Alarico Gotorum rege, post bien-
nalem obsidionem capitur-

Honorio in Italia Valentinianus ter-
tius successit, cui Africam Vandali eripi-
unt. Attrahitur postea ab Eudoxia in Italiã
contra maritũ Maximum Gensericus Van-
dalorum Rex, qui Romam denuo capit &
diripit, à quo tempore caret Imperatore oc-
cidens, vsq; ad Carolum. Attila enim qui
Riphais

Riphaeis montibus usq; ad Pyreneos, cuncto
rapidissimi torrentis more prostravit, Impe-
rator dicendus non est, quod tantum vasta-
vit, non constituit Imperium. Et qui in Ita-
lia creabantur, nec diu regnabant, nec fir-
mos habebant exercitus. Interea formam
aliquam Monarchiae Romanae in oriente
Deus conservavit, complectentis Thraciam,
Macedoniam, Graciam, Illyricum, minorem
Asiam, Syriam & Aegyptum, cuius tamen
Imperij ruinas, & secuturi Mahomus la-
trocinij initia, multa prodigia circa tempus
obitus Theodosii secundi, Valentiniano 597
χρὸν animadversa portenderunt.

Sub Zenone Isaurico, tyranno potius quā
Imperatore, Goti primi de domitore gen-
tium populo triumphantes, Italiam occupa-
runt, & tenuerunt ferè annos 60. tertioq;
capta est Roma à Totila Gottorum rege, &
excisa, quod incendium Scipio Carthaginis
flammam aspiciens praevidisse & defleuisse
scribitur. Huc usq; Italia lingua Latia usa
est, quae infusis Gottis depravari coepit, unde
contextus & Idioma hodiernum natum.

Sub Iustiniano, virtute Bellisanij, qui
tamen

tamen anguinam mercedem reportauit, Africa Vandalis denuo erepta est, et in Italia ita fracta potentia Gotorum, ut licet per Totilam iterum erecta fuisse videatur, paulo tamen post conciderit. Eiusdem Iustini-
niani etate Hunni Pannoniam occupa-
runt, cuius regnum Turcicis latrocinijs ho-
die expositum, tenuerunt illi usq; ad Mat-
thiam annos circiter octingentos.

Post Gotos Longobardi in Italiam in-
fusi sunt, quos in vicinia hac fuisse inco-
las ad Albim, certum est. Vicarios autem
suos in Italia habuerunt Imperatores Ori-
entis, quos Exarchos appellarunt, ut ita mi-
xtum regnum Italicum fuerit, Longobar-
dico ducentos & quatuor Exarchatu vero
175. annos durantibus.

Hec dum in Africa et Italia geruntur,
Mahometica gens ab oriente ad conuulsio-
nem Imperij Romani insurgit. Sub Mauri-
tio enim Mahomet quidam Itraripi Arabie
deserte oppido ex tenuis fortuna parenti-
bus natus, in vrbe eiusdem regionis prima-
ria Mecca, quæ condita creditur ab Ismaele
Abrahami ex Agar ancilla filio, nouum do-
gma,

gma, ex Iudaica, Ariana & Nestoriana
doctrinis, quas peregrinans in Palastina
cognouerat, consarcinatum spargere cœpit.
Cumq; palam in principes inueheretur, &
magistratus ipsum ad supplicium rapere
vellct, admonitus de hoc ab amicis, fuga
sibi consuluit, sequentibus eum multis pro-
pinquis, affinibus, amicis & clientibus,
quibus iam de se et doctrina sua opinionem
magnam persuaserat. Hunc annum Arabes
Legire vocant, id est, fuga, & in annum
Christi, quingentesimum nonagesimum
tertium collocant. Initium autem regni ho-
rum fugitiuorum, D. Philippus statuit an-
num Christi sexcentimum, vicesimum
tertium, sub Heraclio, quia tum primum
deficientibus à Romanis ad clauigerum il-
lum non Paradisi, vt se iactitauit, sed in-
ferni potius, Arabibus Sceniris, Saracenis
etiã dictis, quibus questor Heraclij im-
prudenter & nimis arroganter stipendia
negarat, tum inquam prouincias Romano-
rum adortus est grex Mahometicus, tanto
cum successu vt intra annos 30. positus sit
Arabia, Palastina, Phœnicia, Syria, Aegypto
& Persia, Constans etiã Imperator à
F Muha-

Muhavia quarto Rege Saracenorum pacem
petierit & impetrarit, quotidie Barbaro
tributi nomine promittens decem auri pon-
do, & seruum cum equo: Hic est ille Con-
stans, qui Romam omnibus ornamentis spo-
lians, septem dierum spacio plus urbi de-
traxit, quam inde à declinatione Imperij
per annos ducentos, quinquaginta barbara
gentes rapuerint.

Inducijs vero cum Constante, qui Syra-
cusis Siciliae in Balneo feruenti aqua per-
fusus praedatricem animam effuderat, sub-
latis, Byzantiana urbs septem annis à Sa-
racenis obsessa fuit. Etsi autem in hoc ipso
bello fortuna Christianos repetijt, ut Sara-
ceni Constantino tributum in annos trigin-
ta promiserint, tamen cum successor Con-
stantini Iustinianus, ultimus stirpis Hera-
clij, impotentis animi Imperator ficto praetextu,
quod moneta annui tributi non Ro-
manum signum, sed nouum Arabicum ha-
beret, foedus soluisset, Saraceni foederis ta-
bulis haste affixis, & Deo Christianorum,
quo teste interposito ἐνεχῆ iurata fuerat, in
vindictam periurij vocato cum exercitu
Romano congregiuntur, illum fundunt,
priora,

priora. quae amiserant, recuperant, & plura
nostris eripiunt, à quo tempore ἄσπονδον bel-
lum inter Romanos & Saracenos fuit, ul-
tra trecentos annos. Tandem legitima hac
Mahometi stirpe exclusa, Turcarum gens
religionem Alcoranicam dudum amplexa
in locum Saracenorum succedit, quorum
latrocinia continuans vires Romani Impe-
rii carpit. Sed conatus hos primum Tartari-
ca contra Turcas emulatio, postea cognata-
rum gentium dissidia, ex ambitione, &
sectarum religionis Mahumetane diuersi-
tate orta, per multos annos, retardarunt, do-
nec ad Ottomanorum familiam circa an-
num Christi millesimum et trecentessimum,
summa potestas deuoluta est, cuius posteri-
tas etiam num in Christianum orbem graf-
satur.

Observatu vero utilissimum est, quod
occasio huius nouae religionis fuerit peruer-
sum studium conciliandi controuersias Ec-
clesiasticas. Exercuerat enim Ecclesias in
maiori parte orbis terrarum praeter alios er-
rores praecipue haeresis Arriana ferme tre-
centos annos, cuius agitatio, ut horribiles
politiarum mutationes et vicissitudines pa-

riebat. Ita Orthodoxis & Arianis Imperatoribus per vices regnantibus non raro Imperium nutare fecerat. His vero contentionibus Christianorum Iudaei sese commiscebant, turbabant & gentiles quantum poterant.

Homines igitur funestorum certaminū, quae sane publicorum & priuatorum malorum & calamitatum caussa erant notoria, peritasti, varia agitabant consilia de ineunda concordia, & concilianda pace Ecclesijs & rebuspub: quam occasionem, dum in negotijs mercaturae vltro citroq; migraret, observans Mahomet, cupidissimus gloriae & primarum partium, dogma suum ex Christianismo, Iudaismo & Arianismo consutum, communicante cum ipso operas Sergio Monacho, ob Arianam sectam Byzantio pulso, promulgavit: Quamquam alij scribant mortuum Mahometum, non voluissent, sed Schedulas aliquot reliquisse, in quas ipse ignarus literarum, per familiares somnia sua excipi curavit, quas alter Califa seu Pontifex Homar in librum compertavit: huius vero successor Ozmenus, qui tandem sibi ipsi mortem conscivit, in meliorem

liorem ordinem, distinctis capitibus constantem redegerit, itaque volumen, quod Alcoran, vel Alfurcan vocatur, composuerit.

Cogitauerat autem Mahomet, ut hodie etiam non pauci sunt in eadem sententia, religione huiusmodi proposita, qua singulis controuertentium aliquid largiretur, facile coaliturum esse suauissimum scilicet consensum, cumque huius religionis astipulatoribus pacem, tranquillitatem & salutem instar Miri prestigatoris astuie persuaderet, breui immensum desperata fidei agmen collegit, sumptisque armis ἀσπρονδον bellum intulit omnibus, in conciliationem hanc iurare nolentibus, maxime vero Christianis.

Ex hac igitur historia, multas utiles commonefactiones de similibus nostri temporis consilijs et moliminibus contexere possemus, nisi orationis limites tenendi, & vobis auditoribus tempus redimendum esset. Sed reuertamur eo, unde digressi sumus.

Eodem ferè momento cum Mahometo exortum est alterum blasphemum Regnum Pontificatus videlicet Romani, cuius Rex impudens facie uniuersa vastauit, inter-

fecit robustos, & populum sanctorum secundum voluntatē suam, directus fuit dolus in manu eius, magnificatū est cor eius, & contra principem principum insurrexit.

Ita igitur nullus in munda angulus fuit, ex quo non aliqua gens, ad conuellendum Imperium Romanum à Decio usq; eruperit, quas mirandas infusiones & confusiones diuersarum gentium agnoscamus, iustissimas esse pœnas, quibus vindex ille scelerum acerrimus vniuersum orbem concuti, mutari & puniri voluit.

Sicut autem in Occidentem sese effundentibus Gottis, Vandalis, Hunnis, Longobardis & alijs, Oriens minus turbulentus fuit, ita hoc tandem infestato à Saracenicā seditione (que irato Deo ultra octingentos annos continuata, tandem Mahometo secundo expugnante urbem Constantinopolitanam totum illud Regnum pessundedit, ante annos centum & viginti) Romanum Imperium occidentale rursus diuinitus erectum, & à Constantinopolitano penitus auulsū est, anno Christi octingentesimo primo, per Carolū Magnum Francorum Regem, inclyta Saxonie domitorem & benefa-

refactorem, immortales gratias meritum,
floruitq; de nouo Monarchia vltima. Et
quanquam nunquam non sensu varias ca-
lamitates, maxime vero afflicta est ab Hun-
garis, in Germaniam & Italiam saepius ir-
ruentibus, insuperq; in tantum indies di-
minui visa fuit, quantum potentia accessit
Romanis Pontificibus, post deletas per Ma-
hometanos Ecclesias Asiaticas, nullo obstan-
te, ferocientibus: Deo tamen benedicente
huius Caroli institutione, & Germanorum
Imperatorum, imprimis vero Saxonum vir-
tute stetit, dimidia periodo, factumq; est
Romanum Imperium Germanis, ut sic di-
cam, hereditarium, Ottone tertio electionis
potestatem demandante septem Principi-
bus, astrictis iuramento ad hanc conditio-
nem, ne alium quam in Germanica natum
familia Imperatorem salutarent.

Postquam vero ad Henricum quartum
fasces Imperij delati sunt, in ipso ferè arti-
culo dimidiatae regnorum periodi, si ab in-
stauracione, per Carolum facta, numeremq;
inualescente nimis Satanica impudentia
Romani Antichristi, & Ecclesia & Impe-
rium insigniter mutata sunt, illam quidem

idolatria pontificum vastante & tyrannide
opprimente, hoc vero sceleratis eorundem
nebulonum artibus impugnantibus & la-
befactantibus, quæ mala huc usq; aucta, e-
tiamnum qualescunq; Imperij nervos, si
modo quid talium hodie superest, incidunt.

Quamuis vero ante annos quinquagin-
ta, Deus Antichristum Romanum Spiritu
oris sui atterre cœpit, et in illo conterendo
quotidie adhuc ostendit suã potentiam: ex
eo tamẽ Ecclesia Christi potissimum crevit,
Imperium vero Romanum magis magisq;
labefactari non desijt, ut fideles vel ex hoc
languore eius colligere possint, instare finem
huius immundi mundi.

His quæ de Romana Monarchia breviter
recitata sunt, facile est applicare vaticinio-
rum Prophetarum notas. Nam & crude-
litas durumq; iugum huius Imperij, ferrea
substantia tiliarũ, ferreis item dentibus &
terribili specie quarta bestie significata sũt.

Quantum sanguinis Romanorum cru-
delissimis bellis civilibus, ante confirmatã
Monarchiã profusum esse putamus? Quan-
tam iniuriam, ut Plinij verbis utar, huma-
no generi intulit Iulius, quem variis praeliis
centum

centum nonaginta duo millia hominum,
extra bella ciuilia, occidisse legimus? Quot
centena millia sequentibus bellis intestinis,
persecutionibus Christianorum, infusioni-
bus & confusionibus plurimarum gentium,
tyrannide Pontificū Romanorum, horumq;
satellitum Regum & Regulorum absumpta
esse, & adhuc quotidie maētari existima-
mus? Decem cornibus decem regna, quæ Ro-
manum Imperium subiugauit intelligim⁹:
ut fuerūt Syria, Aegypt⁹, Asia, Græcia, Afri-
ca, Hispania, Gallia, Italia, Germania, Bri-
tannia. Cornu autem occultatum portendi-
se Mahometum quis negabit? Antichristus
etiam Romanus, & Antiochi descriptione
et alijs imaginibus, prophetijs item noui te-
stamenti, pluribus quod prodatur, omnes pij
consentiunt.

Sed hæc notandi, non explicandi causa
allata, nunc quidem sufficiant, maxime,
cum nos omnes, viri præstantissimi, & au-
ditores optimi, iubere me videamini, Ἰὸ
πρέπον φυλάττειν τὸ δὲ τῷ καίρῳ. Recita-
uimus ergo hæcenus, quantum orationis
metus completi potuimus formas quatuor
Monarchiarum, quarum fines vt perstrin-

F S gamus

(nam pro dignitate & amplitudine tanta
rei, dicendi non datur copia) necessarium
est & perutile. Eas vero in corrupto mundo
constitui oportere postulauit necessitas, hu-
iusque solandæ gratia diuina ordinauit
sapientia. Necessaria enim erat societas ho-
minum, & propter propagationem generis
humani, & propter multiplicem officiorū,
quibus carere non possumus, communica-
tionem: Egebat autem propagatio honestis
matrimonijs, reliqua societas iusticia & a-
lijs virtutibus. Horum quid polliceri pos-
ses in equalitate hominum Arithmetica?
profecto, priuata defensiones in hac corru-
ptione natura, non possunt se intra iusticia
limites continere: His autem superatis tute-
la non aberit à latrocinio Aies fortè, legibus
hanc regendam esse: Sed falleris, quisquis
hominem suo plane arbitrio relictum in
tanta deprauatione animi tantaq; Tyran-
nide Diaboli sibi legem Iusticia positurum,
aut positam diu obseruaturum esse confidis.
Ab equali autem leges sibi præscribi vix
vllus patitur, minus ab inferiore. Perueni-
tur igitur ad superiorem. Et vt executione
leges viuant, necesse est vobis æternæ autorita-
te &

te & gladio armatum esse. Nec vero inna-
scitur hominibus veri Dei, eiusq; saluifica
voluntatis noticia, nec Enthusiasmus soli-
tariorum infunditur, & percipitur caelestis
illa sapientia, sed sicut alia multa colloquiis
addiscuntur, ut recte in Andromacha Eu-
ripidis dicitur: ἢ δ' ὁμιλία πάντων βροτῶν
γίγνεται διδάσκαλος: ita ministerio verbi
hic maxime opus est, quod sublata conuer-
satione & communitate, ne quidem cogita-
ri potest. Et huius igitur caussa etiam ho-
mini cum homine societas coeunda fuit,
quae sicut per se, absq; ordine, ut dictum
est, consistere nequit, nisi quis conglomera-
tionem eorum, quos latro aliquis cupidos sui
& gratiosos habet, sodalitium vocaturus,
officiosum consortium velit nomine inqui-
nare criminoso: ita multo minus colligende
Ecclesiae, quae praecipue ordinem requirit
conuenire posset. Quare, ut Deus agnosci,
coli & celebrari posset, ut coniugem quisq;
suam à raptoribus tutam seruet, liberi legi-
timo procreentur toro, ut vitam aliquan-
diu quasi à presenti cade redimamus, ut
propriam teneamus, & innumeris officijs
& beneficijs, quibus humana vita carere
nequit.

nequit, fruamur, omnino esse aliquem, quē
communitatis gerat personam, necesse est.

Nec à particularibus Magistratibus
commoda hæc & dignitatem humani ge-
neris tantum sustineri potuisse, ut Monar-
chis minime opus fuerit, recte existimabit
aliquis.

Quod si de priuatis bonis letamur, gra-
tulanum certe est & publicis, idq; eo ma-
gis quo hæc latius diffunduntur.

Laudantur Romani, & merito, quod
Remp: suam angustis adhuc terminis inclu-
sam sapientibus administrarint legibus: Et
non maioris beneficij loco ponemus, quod
Augustus toti orbi ferè laudabiliter præscri-
psit iura, pacemq; restituit vniuersalē. Om-
nino fatendum est, Monarchias illustriorem
redidisse gloriam Dei in mundo, & latissi-
mæ propagationi Ecclesiæ plurimum in ser-
uuisse. Quid quod concussio illa magni Oce-
ani, summorum Imperiorum quasi genitrix
aptissima ministra fuit iusticiæ Dei, qua
crescentibus delictis maiorem partem orbis
terrarum puniuit.

Sed in hoc, quin mihi acclametis non
dubito. Et ut extremum habeat aliquid o-
ratio

vatio mea, egoq; ante dicendi finem faciã.
quam vos me attente audiendi, concludam
hanc de Monarchijs institutã commonefa-
ctionem, vbi paucis docuero, quem finem
hisce Imperijs impositurus sit, qui illarum
se autorem professus est. De hoc vero, ne quis
opinionem nostram nos augurari existimet, Da-
nielem Prophetam audiamus, qui perspicue
docet, durantibus digitis pedũ statua, id est
ultima senectã Romanæ Monarchiæ, Deum
esse suscitaturum regnũ, quod in æternum
duret. Non igitur alia Monarchia munda-
na, post hanc sequetur, nec truces Turcæ
Imperium Romanum, licet ad maiorem re-
digatur tenuitatem, atq; nunc est, sitq; vere
lutea testa fragilius, plane confringent &
pessundabunt, sed stabit fictilibus suis digi-
tis, etiam suspensis vsq; ad extremum diem,
quo lapis ille ab edificatoribus Iudæis, Ma-
hometanis, Pontificijs, hereticis et Epicuræis
reiectus, ex alto deferetur, & Romanum
Imperium, mundiq; potentiam vniuersam
comminuet, & quasi in paleam horrei esti-
ui rediget, quæ vento dissecta nusquam ap-
pareat.

Ita igitur in pulueres & fumos vni-
uerso

uerso huius orbis fastu & pompa abeun-
te, nouus renascetur mundus, eritque
Christus pater noui seculi, ut Esaias, & do-
minator in noua Monarchia catholicus, ut
Daniel inquit, acclamantibus angelorum
choris et sanctorum hominum cœtibus hunc
latissimum pœana: Vicit Leo de tribu Iuda:
His enim verbis præter alia & hoc contine-
ri videtur, ut sicut noua orbis forma con-
stituta in prima Monarchia, Leoni assimi-
lata fuit, ita post quartam, non secuturam
aliam ostendant, sed generosissimum & fore-
tissimum Leonem Christum Iesum natum
ex tribu Iuda salutari ἀνακεφαλαιώσας
nouo exorsurum esse regnum, cuius nulla
vicissitudo, nullus finis futurus sit.

Tantum de ordine summarum Mo-
narchiarum, deq; singularum processu, vi-
gore, decremento & fine mea mihi suggesti-
tenuitas, quam ut ingenue fateor: ita ve-
niam ipsi apud omnes & singulos auditores
paratam esse confido, & si prolixius eam
non deprecet.

Quemadmodum autem initio huius
orationis pijs precibus Deum omnis boni &
salutis autorem compellauimus: ita ut
clausula

clausula etiam bona sit, simili voto finem
dicendi faciemus.

Vt ergo Leo noster de tribu Brunsvi-
censi inclytus, cuius beneficio, sonante vo-
ce doctrina saluifica in schola nostra & ha-
rum terrarum Ecclesijs, ad nouam, perpe-
tuam caelestemq; Monarchiam expectan-
dam, & ad ius ciuitatis eximium & a-
quissimum in ea sperandum, ceu rugitu
excitatur, alacres & certi reddimur: Hic
igitur generosus Leo, vt cum nobilissima
consorte fortis sit in vera fide, valeat robore
sani corporis, educet pietate & animi ma-
gnitudine prestantem sobolem, nutritius sic
scholae huius & Ecclesiae Christi, terramq;
hanc ab immanium ferarum et turpissima-
rum bestiarum quarumcunq; impetu tu-
tam seruet, utq; is tandem nobiscum, glorio-
sissimi et aeterni regni caelestis particeps fiat,
te Iesu Christe fili Dei, & frater noster, Leo
de tribu Iuda Illustriss: & Monarcha futu-
ri seculi potentiss: quanto possumus ar-
dore pectoris, quantaq; cum re-
uerentia animi, supplice
voce rogamus, Dixi.

3. Nouem: 1574.



39 4452 6

ULB Halle

3


001 953 974



TA-OL







ORATIO
DE QUATVOR
SUMMIS MONARCHIIS
MUNDANIS

ff 4452²

Recitans

*Earum initia, incrementa, status, de-
clinationes, translationes harumq; vicissi-
tudinum causas, atq; postrema huius,
in qua vivimus, instantem
finem:*

Habita

*In Illustri schola Iulia, quæ est Helm-
stadij, Anno Christi M. D. LXXIIII.
III, Nouembris:*

à

*D. DANIELE HOFMANNO
Halensi, professore publico,*

HELMSTADII

EXCVDEBAT JACOBVS LVCIVS.

ANNOM, D, LXXX.

